



PL.4  
124

ITINERARIUM  
P. I. Bp. 11306

# ITINERARIUM

## ALEXANDRI

### AD CONSTANTIVM AVGVSTVM

CONSTANTINI ·M· FILIVM.

EDENTE. SVNC PRIMVM CVM NOTIS

## ANGELO MAIO

AMBROSLANI COLLEGII DOCTORE.

*Ad exemplar Mudiolanense, Regiae typis, MDCCCXVII.*



FRANCOFURTI AD MOENUM

IN LIBRARIA HERMANNIANA.

1818.

M V I L A N I D E  
I T E R C I A X S I A  
I M P R O V I S I O N E F E S T U V A M B R O G I O I U A  
M V I L A N I D E  
I T E R C I A X S I A  
I M P R O V I S I O N E F E S T U V A M B R O G I O I U A  
O T A M C I S O N A  
I T E R C I A X S I A  
I M P R O V I S I O N E F E S T U V A M B R O G I O I U A

IACOB O COMITI MELLERIO  
IN DITIONE MEDIOLANENSI  
REGNI LONGOBARDICI-VENETI  
PRAESIDIS VICES GERENTI  
R. CÆSARIÆ MAIESTATI  
A CONSILIIS INTIMIS  
ET LEOPOLDÆI ORDINIS  
COMMENDATORI



QVANDOQVIDEM tu publico provinciarum,  
Vir excellentissime, suffragio lectus novum  
iter ad CAESAREM suscepisti, huic perhonori-  
fico muneri nulla re aptius me plausurum  
putavi, quam Itinerario praestantissimi ducis  
tibi ad legendum proposito. Quippe olim  
persicum iter et expeditionem auspicanti Con-  
stantio Constantini ·M· filio Itinerarium Ale-  
xandri vetus Auctor composuit: quod perutile  
scriptum et de gloria Macedonis prae-  
clare meritum quum in ambrosianis hacte-  
nus pluteis Mediolani latuerit, hoc ego tem-

pus praetermittere noni quia tibi homini literarum amantissimo eruditum itineris comitem et tempestivum adiungerem. Eius autem libri lectio ut magis varia foret et paulo diurnior, Iulum quoque Valerium coniunxi, rerum Alexandri non indisertum scriptorem, sed quem item in apricum nondum aetas protulerat. Vale, Vir summe, et patriam tuam Deo reduce ociter revisas. Vale iterum.

## EDITORIS PRAEFATIO

Novi libri dignitatis. **V**tre codice bibliothecae ambrosianae nondum vulgatum hunc librum proferendum susciperem, primum argumenti nobilitate, deinde copia honeste eruditonis, tum linguae latinae merito, postremo operis scripti non mediocri vetustate impulsus sum. Argumentum quidem praeclarum nullum fere esse potest, quam quod in **MAGNI ALEXANDRI** celebrandis gestis occupatur. Ac mihi profecto aerebat animus in hac bellicosa nostra aetate stupendi Iuvenis refricare memoriam, a cuius olim infinita virtute orbis paene universus superatus est. Quod nomen umquam clarius fuit? cuius res gestae parer? Hinc adhuc adolescentem (non secus ac paulo ante confirmata fama Philippum<sup>(1)</sup>) summis rebus ac persico bello Graecia cuncta praefecit. Quia auctoritate speciosa, non ille quidem imperator visus est, sed flamma quaedam et bellum fulmen et turbo, quem nulla umquam adversitas retardavit. Thracas primum, Triballos, Moesos, Illyrios, Dalmatas, Gothos, quod bellum erat mixtum ex barbaris civitatibus atque ex bellicissimis nationibus, iustis omnes proelii superaravit. Mox Thebas orientem Iuvenis gloriam ausas infringere tanta intermissione delevit, ut cunctae Graeciae, nisi paruisse, quasi signum ad desperandum de salute sustulerit. Hinc Alexander volitans glorie cupiditate bellum impetum in Asiam transtulit, et Persia-

Rerum  
Alexandi  
summari-  
um.

(1) Iustinus IX. 5.



rum copias ingentes atque efferatas primo congressu ad Granicum perfregit. Deinde quot regiones passibus peragravit, totidem eius victoriae illustratae sunt. Asia minor universa, quum Alexandri terror in auribus animisque omnium versaretur, in eius ditionem concessit. Iamque bellator audax fortunatus invictus praeceps oriente in ipsum Darium ad oppidum Issum defertur, eumque tanta occidione cedit, ut de sexcentis milibus militum vix parvam equitum manum fugienti regi reliquam fecerit. Exim universa Syria in ditionem accepta, regia gaza Damasci potitus, illi nimis Macedones, qui haecenous quotidiani epulis in robore accubuerant<sup>(1)</sup>, mox in Persarum auro atque deliciis voluntari cooperant. Aegyptum regionem praedivitem paene inermis Persis cripuit, qua in provincia clarissimum nominis sui monumentum exigit maxima urbe Alexandria fundata. Tyrum mox ad exemplum militaris severitatis summo excidio vastavit. Interim quoniam Darius innumeram manum ex suo imperio collegisset, et magnis adventitiis multorum regum et nationum copiis iuverat; Alexander parvo militum numero in medianum Assyriam pervasit, tantoque regi, cuius vel solo equita- tu omnes Macedonum vires protervulae videbantur<sup>(2)</sup>, in aperta planitia congregi ausus est. Ibi quoniam Darius neque signis profecto imperator neque rei militaris ignarus de summa imperii acerrime dimicaret, et perditatu infinito, quadraginta milibus equitum, multis elephanti, ducentis falcati curribus, omnique genere armorum obsecraret; vicit tamen incredibilis fortitudo Alexandri, cuius et virtutem tunc caelestia prodigia corroborasse videntur<sup>(3)</sup>, et certe in asteu eius pugnae divinitus ardebat oculi, totoque ex ore helicus spiritus eminebat. Igitur tantam imperii persici molem brevis subito dissipavit aura Macedonum. Tum Babylonie, Susis, Persepoli, Ecbatanique, opulentissi-

(1) Confer Curtius x. 2.

(2) Demosthenes apud Aeschinem contra Ctesiph. cap. lxx.

Curtius iv. 14.

(3) Plutarchus cit. Alex. ed. londin. MDCCXXIII. T. IV.

c. 19. Cicero de divinit. I. 55.

mis urbibus persarumque regum diversoriis, direptis, Hyrcanos quoque et Parthos et Bactros et Arios et Mardos et Sogdianos et Seythas, genera hominum horribilia ac pertumesca, Alexander perdomuit. Deinde a rigidiore septentrione armis in meridiem conversis, gentes indicas adgressus est, quas nemo europeus, praeter Bacchum et Herculem, neque lacessendas helle neque tentandas putaverat, breviisque regionem latissimam rebus gestis suis complexus est: et Forum regem, qui magnitudine non solum animi verum etiam corporis mole ceteris mortalibus antecellere videbatur, uno proelio profligavit et cepit: atque omnino ubique, quoiescumque ad manus ventum est, superior discessit. Iam illud quis satis miretur, quod ob cupiditatem glorie immensam infinitamque ipsam oceani, vastitatem classe tentavit, missisque navarchis incognitum ante cursum peragi iussit. Tandem ex ultima India Babylonem redux, comitia universi orbis ibidem celebravit, cunctarumque gentium legionibus adoratus est. Quamquam hic demum omnia ex laetitia et triumpho ad miseriaram et funus reciderunt. Nam illa immortalitate digna maiestas, illa vis mentis corporisque, illa ineffabilis virtus morte subita obiit. Quod nisi humana consilia divina saepe necessitate superarentur, domandis etiam occidentis regionibus nec voluntas Alexandro nec vires dearent. Quin adeo iam Carthagini infensum fama fererat<sup>(1)</sup>, atque, ut eleganter scripsit Plutarchus<sup>(2)</sup>, ceu stella quaedam Alexander ab oriente in occasum transilibat, armorumque suorum fulgorem in Italiam ipsam Romanique iaciebat. Atque equidem, ut ego arbitror, Romanis suis frustra Livius adulatus est<sup>(3)</sup>, cum eos ab Alexandre contendit victimi iri non videri. Qui enim iam aetate et virilis confirmatores Pyrrhi epirotae tenuibus copiis aegre admodum restituerunt, quo pacto victorem orbis universi sustinere potuerint? Pyrrhus primo conflictu tantum stragam edit Romanorum, ut mox usque ad Urbem populabun-

(1) Curtius x. 1.

(2) De fortun. Romanor. sub finem.

(3) Lib. IV. 18-19.



dus processerit<sup>(1)</sup>. Quis ergo Alexandrum, cui non Epirus, sed Graecia omnis, immo oriens universus atque Aegyptius militabant, Capitolio avertisset? Nam cum omnis helli felicitas est natura insolens et superba, quis Alexandrum tot victoriarum ferocitate inflammatum inhibere potuissest? Praesertim quoniam etsi ille absumdaret audacia, non tamen consilio interim nec prudenter, in eoque fuerit eximia scientia bellorum, clarissima auctoritas, divinitus aliquantum fortuna. Porro et romani imperatores, longe (ut ii mili quidem videtur) ab Alexandri celebritate disiuncti sunt, quorum si vel omnium virtutes gloriaeque colligas, idem tamen Alexandri famam exaequare vix queant. Ipse Caesar, quem unum Alexandro possis opponere, qui que eius exemplis plurimum successus est<sup>(2)</sup>, quanto intervallo ab eo differt! Quippe romanum imperium Caesar non tam auxit quam arte et civili bello in sui ditionem rededit; Alexander e Macedonia angulo emergens orbis prope universi, paucis etsi maximis proelii, regnatores se fecit: tantumque imperium constituit, ut ex eius deinceps segmentis plurima et latissima regna propagata sint. Neque Alexander re bellica solum, sed vario virtutis genere flouruit. Quanta continentia in fuit! quanta fide! quanta in Deum religio ne! Matrem pietate sumusa dilexit, domisque maximi honoravit, eiusque nomen cunctis epistolis praeponebat solitus fuit: eidem denique apothoosin et statuas et templo gratissimo animo destinaverat. Amicos et divites vivens obruit, et pulcherrimorum regnum fecit moriens heredes. Quod si interdum permisit iracundiae dominatum mentis sue, fuit tamen plerunque mira mollitia animi ac lenitatem. Tantus porro imperator quanta etiam doctrina abundavat! Is videlicet e sua Aristotelistamquam et gremio Minervae prodierat: tum et parentem sapientiae omnis Homerum lectione quotidiana familiariter habebat. His tantisque praeditus datumbus Alexander tum divinam gerere spiritum in homi-

nis figura visus est, tum ad memoriam fortitudinis ac felicitatis adeo insignis evasit, ut eius fama atque nomine aures omnium hominum omni aetate circumsonare necesse sit: neque fieri unquam possit, ut de Alessandro rebusque eius gestis perhonorisca sermo conticescat.

II. Ergo quoniam nihil esset feracius laudibus Scriptorum maxima copia ingeniiorum ad has celebrandas interreverebatur. Sed enim in tanta ubertate scribentium, ex res rerum veteribus quidem, praeter Plutarchum, Ariannum et Alexandri Curtium, nemo iam superstes qui facta Alexandri pecuniae suae separatoque scripto illustraverit: qui vero cum ce- persistera historia vitam quoque Alexandri paucus accuratus contexuerint, duo tantummodo ex tanta turba comparent, in gracie Diodorus siculus, in latini Iustinus. Sed enim mihi hac de re scepis et diu cogitanti, vix credibile videbatur, quoniam innumerari olim historici res Alexandri memoriae comendavissent, tam exiguum eorum numerum aetatem tulisse, neque in amphioribus codicibus apothecis latere aliquem veteris notae scriptorem, in quo Macedonis vitam cum eruditiois fructu lectitare liceret. Ecce autem in hac vestigatione curiosius occupatum, praeclarus repente ambrosianus nobilis amcodex<sup>(3)</sup> me pras certe perculit menteque meam ambrosianus. gravius defixit. Is quippe liber vetustioribus litteris omnino circa saeculum Christi nonum in membranis exaratus res Alexandri gestas latina lingua tradebat. Iuritus, re diligentius considerata, deprehendi eiusdem argumenti in eodem codice lucubrationes esse duas, priore quidem a Julio Valerio quodam elaboratas, quam in alium dicendi locum reicio<sup>(4)</sup>, posteriorum anonymo Auctore, atque ALEXANDRI ITINERARIUM inscriptam. Huic autem sub primis verbis ut Constantii imperatoris, cui videlicet istud opus componitur, nomen oculis usurpavi, tunc denique re inexpectata gavissus totum me ad scriptum penitus cognoscendum studio animoque transtuli, coepique operis antiquitate

(1) Livii Epitome libri xxxii.

(2) Sestonius in Caesare cap. vii.

(3) Part. sup. P. 49.

(4) Vide prefationem ad Iulium Valerium.



mirifice delectari. Scriptorem enim Ammiani Marcellini Symmachique oratoris aqualem, immo his etiam paulo seniore, cur negligendum existimarem? Cur non statim in publicum usum et lucem protrahendum curarem? Praesertim quum et summa rerum veritas toto scripto elucesceret, et propter stili novitatem, linguae quoque latine copias auctum iri viderem.

III. Quo tempore imperator Constantius Constantini magni filius bellum adversus Persas summis opibus administrabat, quidam ex iis fortunatis, qui remoti a studiis ambitionis atque a militiae munieribus vacui, otium et tranquillitatem vitas sequuntur<sup>(1)</sup>, rem dextrae omnis atque utilis magisterii se facturum putavit compendendo duplice Itinerario duorum principum eodem opere gloriosorum Alexandri magni videlicet et Traiani. Sic enim Constantio Caesari praedecessissima exempla obiiciebat, eundemque iis vestigiis sistebat, quae si persequi posset, heliccae laudis fastigium sine controveisia teneret; ipse autem Auctor domestico hoc labore publicorum vacationem officiorum compensabit<sup>(2)</sup>. Iam Traiani Itinerarium, egregium ut credo opus et exoptabile, neque in anabrosianis codicibus superest, atque arsisse communi videtur incendio; Alexandri vero quod mihi se olitum, non mediocriter gaudeo. Nam primum in genere historico magnopere mihi placet ipsa ratio et titulus Itinerarii. Evidem, si paulo attentius consideres, haec est primigenia historiae natura, ut res minirum gesta nude ordinateque narratur. Reversa si orationes et epistolae et consiliorum explicationes locorumque descriptiones latiores tollas, quid aliud superest de Curtio aut de Arriano aut de Xenophonte vel Livio, nisi quaedam vel actorum ipsorum vel agentium hominum Itineraria? Sane Thucydidem quo loco res gestas in Graecia a Xerxe fugato usque ad bellum peloponnesiacum summatis persecutur<sup>(3)</sup>, cui proprius compares, quam Itinerario coidam Atheniensium rerum? Porro eiusmodi brevitatem quis re-

prehendat, quum in omni scripto magis offendat nimium quam parum? Fuit autem singularis quodammodo potiorque causa quamobrem facta Alexandri ad Itinerarii rationem describerentur. Etenim Macedonum spes, ut meus inquit Fronto<sup>(4)</sup> *torrentis modo magna vi oratae, brevi die occiderunt, quorum unius humanae pro lis aetate imperium extinctum est.* Incredibilis illa celeritas, qua magnus Alexander terrarum orbem percurrit ac domuit, vix aptiore specie potuit exprimi quam Itinerarii. Praeterea quum tot ille regiones cum victore exercitu adierit, qui breviter eius historias complecti velit, is haud aliter suo fungetur officio, quam diligenter itinerarii notatione. Itaque hoc institutum scribendi de Alexandro, non primitus sub Constantio exortum est, sed iam inde a pervetustis temporibus excoxitatus. Diomedes erythraeus, Eumenes cardanus Strattisque olynthius, aequales ut creditur Alexandri, ephemeridas eiusdem, quarum et fragmenta supersunt, concinnaverunt<sup>(5)</sup>. Itinerarium Alexandri scripserant item Baeton et Diogenetus stationum eius mentores, eiusque operis reliquie laudantur a Plinio<sup>(6)</sup>, atque Strabone<sup>(7)</sup>. Idem scripserat et Archelaus quidam, uti narrat Laertius<sup>(8)</sup>: denique et ille fortasse Amyntas quem laudat Athenaeus<sup>(9)</sup>. Tum Nearchi, quem Alexander ad cursum maritimum misit, ephemeridas paene integras in indica histori Arrianus exhibet<sup>(10)</sup>. Nunc insigni felicitate contingit, ut Alexandri prodeat Itinerarium ab homine satis antiquo diligenter confectum, cum tot illa monumenta et subsidis, quibus Alexandri historia nitebatur, nondum aetas

(1) *Princip. hist. fragm. I.*

(2) Plutarchus *vit. Alex.* p. 93. Idem *synpos.* lib. I. ed. paris. an. MDCCXIV. T. II. p. 625. Athenaeus lib. x. p. 434. Aelianus *var. hist.* III. 25. Suidas voc. Στράτης.

(3) Lib. vi. sect. 21. VII. sect. 2.

(4) Lib. xv. p. 723.

(5) Lib. II. 17.

(6) Lib. x. p. 500.

(7) Cap. xx. et seqq.

(1) *Itinerar. cap. I.*

(2) *Cap. VI.*

(3) Lib. I. 89. ad libri finem.



constituerat. Et quidem ipse Scriptor sancte testatur<sup>11</sup>, se non de loquacium numero vilibus usum auctoribus, sed quos fiduci amicissimos vetus censura pronunciarer. Itaque perinde fortasse est ac si Diodotus, Eu menius, Stratios, Amyntae, Archelai, Diogneti atque Bactrius sive compendium sive excerptum quoddam legamus nudatum omni ornata orationis tamquam veste detracta. Et quamquam cum Arriano plerunque con sentit Itinerarium, id tamen ipsa rerum potius veritate, quam sequelae studio aut imitationis conficitur. Nam quum et Arrianus apprime sit φαλαρίς, et noster item Auctor nihil antiquius narrationis fide habeat, necessaria quadam ratione consequitur, ut saepenumero adsentiantur inter se. Alioquin multi sunt loci, qui satis docent, Auctori Itinerarii haud raro Arrianum ne que ad essreibendum neque ad imitandum fuisse propositum<sup>12</sup>. Ceterum utriusque Auctoris hoc est communne institutum, ut circumcisis omnibus, quae de Alexandri pueritia atque educatione tradita ab aliis fuerant, bellicam tantum eiusdem expeditionem post Philippum necem scriptis exsequantur.

IV. Iamvero quum innumeri historici, quoniam quisque fere voluisset, in vitam Alexandri olim constulissent, noster quidem Auctor grave munus et arduum,

(1) Cap. II-

(2) Nemo Anonymi Itinerarium arbitratetur esse Arriani servile quoddam compendium. Arriani tres filios Pausioniam sona narrat, Lacedaemoniam in peloponnesio conventu aliud responsum refert, nihil de Marcotide ab Alexandro edita narrat, alium copiarum numerum Alexandro eanti in Asiam adiungit, neque Olympiadem Amphipolim usque ducit, neque septem sedis sex Asiae extrarum meminit, neque Parthenonem sed Amyntam praemissum ab Alexandro scribit. Atque has varietates sub ipsis historie primordiis notare libuit: reliqua plurimas personae otiosum est. Obiter tamen moneo, si eni vacat, ut conferatur Itinerari cap. 44. cum Arriani lib. II. 25. Itin. 53. cum Arr. III. 6. Itin. 66. cum Arr. III. 17. Itin. 70. cum Arr. III. 25. Itin. 85. cum Arr. IV. 3. Soporis item, quo Alexander Itin. 54. ante poenam gravasse dicitur, nulla ab Arriano mentio fit.

ut pato, sustinuit tot scripta purgandi, tantumque libidinem rescedere. Onesicritus, Clitarchus, Calisthenes, Chares, Megasthenes, Duris, Daimachus, Memnon, Hegesias, Aesopus alioque perverteret Alexandri scriptores, portenta litteris commendaverunt. Itaque et Caesar Iulianus res Alexandri poetica licentia ab his exornatas existimavit (2). Ipse Aristobulus, quem tamen Arrianus in paucis miratus (3), Alexandri res eidem viventi legens, ab eo propter fabulas non sine somnacho reiectus traditur (4). Quid sequiorum temporum credulitatem seu potius figura narem? Opus nostra aetate praeciarum molitus est in Gallia doctissimus Sanctiercius qui critica copiosaque de scriporibus Alexandri quaestione instituta multam fabularum atque errorum illuviam detersit, tempora constituit, geographiam restituit, atque illustrissima luce hanc veteris historiae partem aspergit. Nunc autem gratissimum eruditis fore auguramus, quod priscus Auctor Alexandri historiam omni errore purgatissimam adferat. Sane Anonymous (ut cuique prudenti constabit) stadium suum ad id potissimum dirigit quod simillimum veri videtur, tantaque specie veritatis scribit, ut prorsus rapiat legentis animos. Modestia ipsa et candidi professio animi fidem Auctori conciliat (5). Quam arroganter Arrianus sub initio historiae ingenium suum et genus et patriam et honores et litteras iactat (6)! Is quidem ob eam ingenii levitatem omnibus eruditis risu est. Ast Anonymous proponit suum miro pudore conspergit. Tum quod externi ingenii nitatur viribus, vir sincerus fateri mavult (7), ne videatur tacitus alieno surspire. Neque tamen se alienis affirmationibus, et si probabili-

(+) *Orat. I.* in Constant., ed. Lips. an. MDCCXCVI. T. I. p. 30. n.

18 (2) Preface

• (5) Lucian

locum nos adserimus ad Julii Valerii lib. III. cap. XII.

(i) Itinerar. esp. II.

(4) Lsh. I.

(6) Itinerar. cap. II

Itinerarii VI. Unius adhuc mihi capitis reliquam feci vestigationem, quishan sit videlicet huius Itinerarii auctor quem hactenus Anonymum nuncupavi. Primum igitur indicia quaedam exponam, quibus si fidas, Iulii Valerii spūs existimes: tum eadem refutabo, telamque omnem ita retexam ut plane controversiam in medio reliquam. In codice quidem ambrosiano post tertium Iulii Valerii librum, nullo limite spatiove interposito, immo eadem mediaque in pagina unoque versu scribuntur haec: EXPLICIT ORITVS ALEXANDRI INCIPIT ITINERARIVM EIVSDEM. Tum ipsum consequitur Itinerarium. Quem locum videsis in specimene codicis quod aere incidente curav. Ea facies codicis et ea verba quenamque facile in eam opinionem pertrahant, ut utrumque opus a Iulio Valerio se habere arbitretur. Praeterea Carolus Cangius in glossario mediae et infimae graecitatis voc. iōbēkōn loco quodam Callisthenis, ut ipse ait, producto, haec addit: Aesopus eiusdem Callisthenis interpret, qui et versionem suam Constantiu[m] Constantini filio dicavit, tamarsici virginem vertit. Iamvero nisi et Iulius Valerius opus suum Constantiu[m] dicavit (quod secus videtur), sequitur ut Cangius codicem viderit ambrosianu[m] similem, in quo Itinerarium Constantiu[m] dicatum coniungelatur cum Aesopo seu Iulio Valerio; idemque existimaverit, utrumque opus ad Aesopum (rectius ad Iulium Valerium) esse referendum. Quare de Cangi quidem sententia Itinerarii parens videretur idem qui operis in codice praecedens, nempe, ut nos scribimus, Iulius Valerius. Denique et Claudius Chiffletius in vita Ammiani Marcellini ait, huic synchronum fuisse Iulium Valerium. Unde id porro cognovit Chiffletius? Non aliunde putem quam ex lecto codice Iulii Valerii cum addito Itinerario (cuiusmodi codicem habet bibliotheca ambrosiana) ex cuius Itinerarii (quod item Iulii Valerii iudicavit) proœmio astatem Iulii Valerii collegir. Sed enim hisce sive indicis sive argumentis ego enimvero levissime moveor. Et quod quidem ad codicem ambrosianum adtinet, quoniam in altero opere ad cuiusque libri caput et calcem nomen Iulii Valerii accurate prescribitur, in Itinerario non item, idcirco vehementi dubitatione deterreo,

quonominus utrumque opus unius auctoris esse putem. Nam Cangius tot paene errores quot verba. Nam Callisthenus dicit qui Aesopus est, Aesopum autem qui est Iulius Valerius. Tum fieri potuisse iam monui, ut sive Cangius sive etiam Chiffletius, fallaci codicis specie decepti, alter quidem Itinerarium tribuerit Iulio Valerio, alter ex Itinerario, quod putabat Iulii Valerii, huius astatem defuniverit: ideoque argumenta ex Cangio et Chiffletio a nobis nuper prolatâ nullam fere auctoritatem præ se ferre videntur. Utrum Iulius Valerius tres libros suis ad Constantium scriperit necne, codex quidem ambrosianus, quia caret initio, non docet. Id tamen integriores Iulii Valerii codices aliquando definiunt. Tum vero, si ad Constantium scriptum esse opus constiterit, Cangius et Chiffletius de Auctore Itinerarii non videntur locuti; si minus illud constiterit, Cangi rursus et Chiffletii auctoritas, ut dixi, incerta est. Addo quod Itinerarii non res solum sed stilus a Iulio Valerio satis differre videtur, quod alibi latini disputatio (1). Ergo Itinerarii, quod nunc editur, Auctor hactenus quidem latet. Duo praeterea super hoc Auctore observare me memini: scilicet ipsum et ethnica religiosum fuisse obnoxium (2), et hanc lucebationem non ex aliena lingua ad latinam transstallis, sed per se conflavisse, quod postremum ostendit cum dicit, se et pluribus usum auctoriis (3), et operi suo nomen ITINERARII sponte indidisse (4). Haec habui de novi libri Auctore quas dicere. Nunc iam famigeratum illud, lector optime, mihi licet usurpare:

Siquid novisti rectius istis,  
Candidas imperti; si non, his utera mecum (5).

(1) Ad Julianum Valerium præfat. cap. II.

(2) Confer. certè Itinerar. capp. IV. XII. XLVIII. L. LI. LIII. XCVII. CXIV.

(3) Cap. II.

(4) Cap. III.

(5) Heraclius lib. I. epist. VI. v. 67.

I N C I P I T

# I T I N E R A R I V M

## A L E X A N D R I

Proposi-  
tio operis. I. Dextrum admodum sciens et omen tibi  
et magisterio futurorum, DOMINE CONSTAN-  
TI bonis melior imperator, si orso feliciter iam  
accinctoque persicam expeditiōnem <sup>(1)</sup> ITINERA-  
RIVM principum eodem opere gloriosorum, Ale-  
xandri scilicet magni Traianique <sup>(2)</sup>, compone-  
rem; libens sane et laboris cum amore succu-

(1) Constantius statim ab inito imperio persicam expeditiō-  
nem suscepit, nempe anno post Ch. N: CCCXXXVIII.

(2) Notemus, Itinerarium etiam Traiani ab Auctore nostro  
fuisse conscriptum. Utiam vero id supersit alieni et doctis  
viris occurset? Num nec ullam peculiarem Traiani historiam le-  
gimus, et eis Itinerarii ope constaret, nunc res ipsa explodenda  
sit Traiani indicia expeditio quam Eutropias lib. VIII. 5. et Sex.  
Rufus cap. XX. et duo quoque (si Deo placet) numimi apud  
Eckhelium doctr. num. ret. T. VI. p. 465. confirmant; critici  
autem homines, et praesertim Freretus Acad. des Inscr. T. XII.  
p. 56. vehementer negant.

bui: quodque meum velle <sup>(1)</sup> enimvero id exi-  
git <sup>(2)</sup> suspensiōne <sup>(3)</sup> est, quodque regentium  
prospera in partem subditos vocant.

II. Ac siquid ex eo iuverim vel praeiverim,  
vicem sciām in me etiam redundaturam: quo-  
niam quisque mortalium iure naturae in eo se  
plus diligit, a quo ipse defenditur. Sed enim  
quamvis factorum egregiorum inops lingua te-  
stis ignobilis, ego tamen audacter innumeris <sup>(4)</sup>  
subeo, non meis fretus verum externi ingenii  
viribus. Nec de loquacium numero vilibus usus  
auctoribus, sed quos fidei amicissimos vetus cen-  
sura pronunciat <sup>(5)</sup>, quosque istic qua potui tibi  
circumcisā satis curiositate collegi: adhibito

Auctor  
quos histo-  
riæ duces  
sequuntur.

(1) Codex quodque id non velle enī id se exigit. (2) Ita cod.  
mini maris humeris.

(3) Velle loco saepe substantivi nominis adhibetur addito  
possessivo apud sequioris praesertim aevi scriptores. Sane Au-  
gustinus de divers. quaest. ad Simplician. I. 10. ait: Nihil  
valet velle nostrum, nisi ut perficiamus adiuvet Deus.

(2) Nempe otiosi et a publicis muneribus vacanti. Sic apud  
Ammianum Marcellinum XIV. 6. legimus praepositos familiis  
suspensae, scilicet otiosae et ab opera vacanti. Confer. inferius  
cap. vi. in fine.

(3) Inter historicos Alexandri principem sine controversia  
locum tenet Arianius, iisque tantum veri studium prae se fert,  
ut φιλαράτος; nomen eidem adhaeserit. Imvero latīnum Itine-  
rarium cum Ariano saepissime congruit, ut quisque considerans  
noceat. Porro ipse Arianius e libris Ptolemaei et Aristote-  
boli, qui fuerint Alexandri aquaeles et comites quaque omnia  
verseissimi feruebantur, suam historiam compogit.

sane verborum cultu restrictius, quoniam voti communis utilitas, non privatae iactantiae gloria petebatur.

**III. ITINERARIVM** denique pro Breviario sacerdotii ap- perscripti, castigans operis eius <sup>(a)</sup> etiam nomine facultatem, scilicet uti centrum <sup>(b)</sup> virtutibus tuis. Animo <sup>(c)</sup> quippe sipienti laudis irritamento est, in causa olim pari scire obsecutam rationi fortunam. Praesertim cum illinc tu res martias auspiceret, ubi quemque fidentiorem merita imperia sublimarint: triumphorumque tu exim stipendiis imbuere, ubi quisque felicior pro gestis apicem posivere. Scilicet ut dum iuventae conatus paternis maturitatibus admoliris, inclytorum quam maxime principium merita superandas: quorum protinus te te <sup>(d)</sup> in omni hac parilitate nec consilii paeniteat, nec pudeat vero fortunae.

**IV. Quamquam scio** <sup>(e)</sup> maiora longe felicio- ra quea profecto sint vobis exempla de maxi- mis Constantini patre et fratre <sup>(f)</sup>; certe (quae

(a) Cod. prima manu eis. mox factum em. (b) Cod. cent. (c) Cod. cum animo. (d) Ita cod. (e) Cod pro scio habet iussio.

(1) Eximius locus ad aetatem huius Itinerarii prorsus cognoscendam. Quum enim Auctor Constantinos patrem et filium hoc epite iam mortos dicat, Constantium vero non nominet, sequitur omnino scriptam hoc exaratum esse ea tempora inter- vallo, quod a Constantini filii nree ad Constantem item occisum excurrit, videlicet neque ante annum CCCXL neque post CCC.

priora sunt tempora etiamsi meritis secunda tu feceris) ipsos illis, siquis functis <sup>(g)</sup> est sensus, voto accessuros existimo <sup>(h)</sup>.

V. Tibi in Persas hereditarium munus est, Horatio ut qui romana tamdiu arma tremuerint, per te in Persas tandem ad nostratum nomen recepti, interque provincias vestras civitate romana donati, discant esse beneficio vincentium <sup>(i)</sup> liberi, qui omnes illuc fastibus regis milites bello servi pace censemur.

VI. Igitur si Terentius Varro Gneo Pompeio olim per Hispanias militaturo librum illum Ephemeridos <sup>(k)</sup> sub nomine laboravit, ut in habiles res eidem gressuro scire esset ex facili inclinationem oceani, atque omnes reliquos mo-

Auctorius comparatio- rum Var- rose.

(a) Cod. funetus. (b) Cod. visentioem.

Iure vero Auctor capite I. scriptis, Constantium ortus feliciter persicam expeditionem: intra enim illud decennium, Theophanes quidem anno Constantii imperantis sexto triumphatione de Persis narrat; annus vero eiusdem XIII. (seu potius XII.) magis Persarum occidione apud Singaram nobilitatis est imperfecto etiam Saporis filio, ita tamen ut romannae victoriarum mox inconsulta ferocia militum corruperit. Videatis Iuliani imp. orationem I. ed. Lips. MDCXCVI. p. 25. et seqq. nec non Sex. Rufum cap. XXVII.

(f) Quem praestantissima sint tibi, Constanti, exempla a patre et fratre, cur ergo Alexandri Traianique gesta occiso? Nimirum quia puto ipsos iam vita finitos Constantinos patrem et fratrem exempla Alexandri et Traiani renovari percepere.

(g) Huius Varronianii libri meminovit Nonius Marcellus in voc. antoninitatis his verbis: *Vero Ephemeride navalis: Etesiae diutius et uberiora flowerant, et antem unum ventosum foeraat.* Num pleniora notitia huiusce libri iam fruimus.

tus aërios praescientiae fide peteret ut declinaret; cur ego <sup>(a)</sup> tibi rem nostrae salutis adgresso non ut ex bona flamma virtutum hanc facem praeferam? quoniam quantum ingenio minor, tantum hoc voto Varrone sum potior: uti vel inde, quamquam corporis liber, animi tamen vobis militem viribus.

Auctoris modestia. VII. Modo indicio sim quam illi viam fortitudini straverint, que tibi nunc pro omnium salute carpenda est. Neque enim ego hic elegantiam sermonis affecto, cui de commodo usus ipsius laboratur: cum sit felicitas maior tali in opere versanti praeceps quod prospicit, quam conposuisse quod placeat: ut quo segnior fuerit dicti simplicitas, hoc et fidei plus et luminis habeat enarratio. Quippe quoniam in talibus veritas palmarum rapuerit eloquentiae: quae ubi arte proteguntur, scriptor pro auctore laudatur.

Constantii compatisse et Traiano et cum Aleandro. VIII. Sed mihi hic et materiae parilitas potiora tum Alexandri gloriis tum Traiani, qui buscum tibi sane commune est fatalem hanc belli lineam tangere: quoniam aetas quoque alterius nunc penes <sup>(b)</sup> te est <sup>(c)</sup>, alterius vero consilium quo vincis aetatem.

<sup>(a)</sup> Cod. ergo. <sup>(b)</sup> Cod. postea, at deinceps penes.

<sup>(c)</sup> Natus est Constantius anno post Ch. m. CCCXVII. Alexander vixit annos XXXII. de Aristobeli sententia apud Arianum

IX. Quippe Alexandro illi interim sic aequabere: magnus ille cognomine, tu vero maximus <sup>(d)</sup> filius: eadem fere natus terrae sub parte <sup>(e)</sup>, eodem atque ille <sup>(a)</sup> ducis exercitum: numero militum par, sed melior examine <sup>(f)</sup>: eadem ulturus iniuriam es, sed disparis contumeliae <sup>(g)</sup>.

X. Ex quo iure sane sit presumendum, quod aequali omni militans pari potiare fortuna: hactenus socius exempli, ceterum pro

<sup>(a)</sup> Cod. inde.

(lib. VII. 24). Iam cum Arriano in plerisque, ut iam monui, consentit istinum Itinerarium. Ergo nisi Auctor latiore quodam calculo sititur, hoc scriptum ipso anno CCXXXI. elaboratum est, qui fuit secundus supra trigesimum Constantii.

(t) Maximi titulum Constantino patri additum in nummis et marimbris videre est.

(z) Constantius in Illyrico natus est, teste Julianus imp. or. I. p. 5. D. Alexander Pellae in Macedonia.

(3) Constantio in divisione imperii partem militaribus copiis minime abundantem obtigit, sed tamen tirone ad eodem egredie formatos ait Julianus or. L p. 18. C. p. 21. I.

(4) Alexander bellum Persis intrulit ut horum in Graeciam vetores irruptiones atque insidias quas idem Persae Philippo patri faciendas euraverant uilesceretur (Arr. II. 14. Curt. IV. 1). A Constantio Metrodori mendacis aquiescente bellum persicum susceptum narravisse se dicit Ammianus XXV. 4. Sed eum locum Ammiani desperatum reparat Cedrenus ad Constantini magni annum XXI. Nimirum Metrodorus quidam philestophus ad Indos peregrinatus lapides pretiosos inde retulit ad Constantium, falso testatus multo plus sibi ab Indorum rege dateas, quos Constantino donaret, sed in itinere direptum se a Persis. Eaque causa belli aduersum Persas Constantino et mox Constantio fuisse dicitur. Quanquam adversus Constantium Persae ipsi initium armerunt fecerunt.

merito felicior. Siquidem <sup>(a)</sup> Deo praesidi acceptiora sunt vota quae fas et modestia <sup>(1)</sup> concepit, quam quae efferis moribus inconsulta arrogantia rapit.

XI. Ille sibi soli vicesse gloriatus <sup>(x)</sup>, factusque in amicos saevior, quo felicior fructu victoriae, calluit ob id tumultuos <sup>(b)</sup>; saluti vero romanae tu militans, ei mox imperio contendenſ aetate, cuius te gloriae immortalitas comitabitur <sup>(3)</sup>. Etenim ne tibi tantis ac talibus occupato ultra obloquar, hinc exordium faciam.

## PROSAPIA ALEXANDRI

XII. Alexander natus Olympiade generis Aeacidae genus et ad principatum electio. et patre ambigius fuit, Iove Hammone tali de sobole, et <sup>(c)</sup> heraclide Philippo conpetente. Sed ubi Philippo successit, eumque ultus est Pausania caeso cum tribus filiis, quod hi praesidentem Aegensi theatro Philippum in-

(a) Cod. *siquidem quoniam*. (b) Cod. *tumultuos*. (c) Cod. *pro se habet aut de*.

(1) Constantii modestiam se mansuetudinem commendat etiam Julianus or. I. p. 46. D. a contrario exemplo Alexandri qui post victoriam persicam insano fastu et saevitia efferi coepit.

(2) Confer Alexandri ipsius concionem ad milites apud Iulium Valerium sub initium tertii libri.

(5) Respose, ut narrat Ammianus XV. 1. Constantius studio blandientium sublatu immunus se ab omni mortalitatis incommodo fiderint existimat, adeo ut aeternitatem eam aliquoties assereret ipse.

teremissaent; fundato protinus imperio Macedonie, omnique in ius suum arcibus <sup>(a)</sup> regis Peloponneso quaesita, consensu cunctorum in Persas ducere exercitum meruit, solis id modo La- cedaemoniis rennentibus <sup>(b)</sup>, non merito indigni, verum pudore posthabiti <sup>(c)</sup> sui numinis <sup>(1)</sup>: quoniam imperium sola res est, cuius pretium periculis aestimatur.

XIII. Quibus <sup>(2)</sup> Alexander deditus aetatis anno vicesimo, ut se tanto apparatu idoneum faceret, legit militem voluntarium ac sibi votō competentem: non numero uberi, verum viribus alacritatisque usibus animatissimum. Etenim quoniam id esset commodius, se in exemplo ponebat. Quippe ipse visu arguto naribus que sub aquilinis fuit, fronte omni nuda plerumque, quamvis pinguius fimbriata de exercitio ob vehementiam equitandi, cuius id arbitrio dabat, ex quo reclinam comam iacere sibi in contrarium fecerat: idque agebat decorius militi, quam si deflueret <sup>(3)</sup>.

(a) Cod. *habet arcibus, sed videtur scribendum artibus*. (b) Ita cod. hec et alibi, ut legitur *retulit pro ratiuit*. (c) Cod. *posthabit*.

(1) Numirum, ut sit Arrianus I. 1, Laedaeemonios pudsuit a principatu suo se demittere, quem in Graeciam universam exercere a maioribus didicissent.

(2) Nempe *periculis*.

(3) Ita respose se habent Alexandri capita seu sculpta seu eu- sa. Confer summum roi antiquarise magistrum Ennius Quiri- num Viecoritatem *Ioungi*, gr. Part. II. cap. 2.

Apparatus bellicus.

Figura et virtus bellicis Alex- xandri.

XIV. Statura iuvenis mediocris, membris exsuocior, sed quae nullas ferventi moras adferret: quod plus usui quam contemptui <sup>(1)</sup> lenocinaretur. Crebrioribus quippe musculis tubercascens, miris nervorum coetibus intendebaratur. Pernix cursu quo vellet, et vehemens impetu quo miraretur <sup>(2)</sup>: nimius tormento iaculandi, continari <sup>(3)</sup> quem destinasset peritus, fervens irruere quo audendum, constans excipere qui consideret, eminus certus, comminus violentus, eques improvidus turbidusque, pedes interritus pervicaxque.

XV. Multus ad imperia difficultatum, onerosior tamen exempli propriae irritamentis: quoniam bono opere praeveniri pudibile ducebat, inventae munis e corpore alacriter petens. Ipse barbae acutae durior et cetera candidus: et quae sibi sane quisque rectius consulat, aut ipsi certe imperatori vel militi velit. Quippe ego tibi Alexandrum dixerim, tu te videto <sup>(4)</sup>. Nam nec

(1) Ita cod. nisi mavis minucere. (2) Ita cod. continari a curus tempore iaculum. Itaque continor, aris idem videtur quod iaculor. Nisi forte corrigendum est confinare vel condonare quid.

(1) Contemptus hinc loco usurpari videtur pro incremento. Atque haud scio adhuc trahendi sint loci Lucretii lib. V. 651. et 1276.

*Porro aliad concrevit et e contemptibus exit.*

*Porro aliad succedit et e contemptibus exit.*

(2) Ammianus XXI. 16. Constantium his coloribus pingit: Fiquandi et iaculandi maximeque perite dirigendi sagittas armisque armaturas pedestris perquam scientissimus . . . . Figura

blandiri proposui, et nolo videri auribus gratus, ubi oculis iudicare de te tuis omnibus lucet <sup>(5)</sup>.

XVI. Is igitur magnus usu sibi Peloponnesi <sup>Expedito</sup> vires viritim oppidatimque multa benivolentia in <sup>barba-</sup>  
<sup>ros euro-</sup>  
<sup>pigeratus</sup> est. Thracas quoque animo varian-  
tes impigre subegit ab Orbelo monte qui im-  
minet Philippis <sup>(6)</sup> urbi philippae <sup>(7)</sup>, Haemo  
continuus ad Istri ostia: eximque cum, mari  
dextro perque Euxinum militans, Maeoti trans-  
missa, iam remeans Gothos irruisset, eos quo-  
que superat bello, die eadem regressus ad suos:  
tum Dahas <sup>(8)</sup> Moesosque et Illyrios Dalmatas-  
que omnes instis proeliis superat componitque,  
et Thebas boeotias diruit tumultuatas.

XVII. Itaque iter in Asiam auspicianti nun-  
tiatur Orpheos musici statuam plurimum suda-  
visse: idque laboris fore ingentis indicium <sup>(9)</sup>  
litteratis laudes eius cantantibus dictum. Quo

(a) Ita cod. lucet, non licer. (b) Cod. urbe philippaea. (c) Cod.  
tudoris aut inclitis.

tali situs membrorum: subniger, luce oculorum edita, cer-  
vinaque acutum, molli capillo, ratis adsidue genis lacentibus  
ad decorum, ad usque pubem ab ipsis collis confinis longior,  
brevissimis cruralibus et inserviis: unde salutis valebat et curva.

(1) Atticus quoque L. t. habet Φιλίππεων πόλεων, quam lectio-  
nem aduersus eos, qui scribendam consuebant Φιλίππεων πόλεων, recte  
ibi tueret Gronovius et nome consuetum Auctor Itinerarii.

(2) Ita cod. nisi mavis scribere Dacos: nam Dahas longissime  
aberrant in Asia.

magis ortu veris Hellespontum proficiscitur, man-  
datā imperii Macedonici tum Peloponnesi Anti-  
patro procuratione sub sui nomine: nec plus suo-  
rum quam peditum ·X·<sup>(a)</sup> equitumque comita-  
tus ·V· milibus proficiscitur.

Copiae  
Expeditione  
in Asiam XVIII. Agmen vero ceterum et auxilia circa  
gentium classi vehebantur belli usibus divite,  
quae Amphipoli in Strymonis littore<sup>(a)</sup> erat.  
Eo usque a matre deductus acuitur ad gloriam.  
Ita nobilitas et in feminis periculis est amica.  
Igitur ipse per Abderam Maroniamque tum  
Hebrum et Melanam amnes, classis vero cir-  
cuiti omni ·XX· die Seston uterque adpulere,  
Abydumque transmittunt, et Diis heroibus qui  
aput Ilium litant, ubi hasta humi fixa omen  
sibi facit Asiae bello quaerendae quam Persa  
miles ea tempestate possidebat.

Coneun-  
ratur cum  
Persis ad  
Granicum. XIX. Exim praemittit Parmenionem et At-  
talum duces, qui satrapas ·VII· omnem Asiam  
praetendentis irritamentis a se se diducerent spar-  
gerentque: quoniam primo conflictu de summa  
belli decernere, priusquam suos in hoc erudi-  
set, Alexander declinabat. Sed enim satrapae

(a) Cod. in *Strymonis lacu*. Nisi quis maulit in *Strymonis lacu*: ibi enim reape bicornis est *Strymon*.

(1) Cousimat fere Diodorus XVII. 17. qui ait Alexandrum  
trans Hellespontum tulisse Macedonas pedites non plus duode-  
sim mille.

notam ignaviae declinantes quam in se scirent  
a rege suppicio punitur iri, ubi de Alexandri  
adventu conperere, apud flumen Granicum con-  
greges locant castra: quod is Granicus idaei<sup>(a)</sup>  
conriviis<sup>(a)</sup> repens praecepitio montano descen-  
dens ruensque impetu plusquam agmen navale:  
quō<sup>(b)</sup> sperato segnius venerat eminus<sup>(c)</sup> Ma-  
cedo.

XX. Res vero erat Barbaris ceu secura,  
Graecis ardua: amnem tantae latitudinis et tor-  
rentis profundi, abruptis utrimque ripis, ad-  
versum aciem evadere, quae multiplici numero  
gregatim sparsis obsisteret. Nilominus ubi  
suos quoque Alexander velut ex pari obviatu  
sub luce conpositus, paulisper moratus, itidem  
ut digesta acies erat aequali fronte, vadum  
evincere incitat.

XXI. Ita res belli audaciā ne an vero for-  
tunā plus suā *peragatur* haud pronunties exem-  
pli praesentium. Ubi ordo quippe alvei tot  
milibus obtentus armatis, incerta soli validitas,

Gran-  
cum super-  
rant Ma-  
cedones.

(a) Ita cod. *conriviis* ut ego quidem lego, non *conrivas*. (b) Cod.  
in quo. (c) Ita cod. nisi forte est corrigendum *exercitus*.

(1) Cod. ita, *Granicus daeis*. Videbatur autem scribendum  
idaeis, quoniam Homerus *Iliad.* XII. 21. Granicum recesset in  
flavii qui ab idaeis montibus prefluerunt. Nisi quis maulit scri-  
bere *adrasias*, quandoquidem Iustinius XI. 6. ait: *Prima con-  
gressio (Alexandri cum Persis) in campis Adrasiacis fuit.*

divinâ fortunâ vix tamen profundo sese vultu modo liberi dexterisque emersissent<sup>(a)</sup> mutuo adminiculabundi; mox eis erat scutum levare, tela imminentium fundere<sup>(b)</sup>, praerupta littoris conplanare, trudere infestantes. Tum quisque evaserat prior, vim cavere, sequentes educere, ordines struere laborabat.

*Periculum Alexandri.* XXII. Satis tamen constat, hic quoque laudis palmarum penes regem fuisse. Dirigens quippe Alexander ante omnis cornu dextrum scandens que litus obviam, cum in sese duces hostium excivisset, ferventius bello usus, dampno militiae periclitabatur. Namque ubi ei hasta prae-fracta est, dum circumspectat suos dumque sibi porgi<sup>(c)</sup> aliam petit, irruenti Mithridati, qui gener Dario regi erat, telum quod accepit intorsit. Quo protinus strato, etiam tunc et in haec intento a tergo supervolat Spyridates, libraveratque iam acinacem post galeam caesam brachium bellantis Alexandri petiturus; ni viso Clitus id faceret quod minabatur.

*Victoria Macdonum.* XXIII. Eis caesis, aditus bellantibus datus et virtutis exemplum reliquis insequentibus. Nec<sup>(d)</sup> denique fuit mora transitui, proelio<sup>(e)</sup>

(a) Cod. Ubi ordo quippe tot alvei milibus oblongis armatis incerta sub soli validi divinis fortuna vix tamen profundo sese videt liberi dexterisque emersissent. (b) Ita cod. sed videntur scribendum resundere, aut tela in imminentes fundere. (c) Ita cod. porgi. (d) Cod. hanc. (e) Cod. quae prelio.

ita non multo post debellato, internicione hostibus caesis (nisi pauci qui studio fugae arma propere<sup>(f)</sup> abiecerant) captisque<sup>(g)</sup> aliis, quorum plerique Athenienses Persis precio militabant: quos quidem ferro vincitos Macedoniae rura collere inebet. Utrumque caesos humat<sup>(h)</sup>. Praedae pleraque factans gloriae matri transmittit.

XXIV. Igitur hac belli fortuna in confidentiam consequentium<sup>(i)</sup> eruditus, Lydiae Sardis et reliquas recepit Asiae civitates aditu indenni, Persis navale bellum frustra temptantibus, quoniam terrestribus undique sumptibus aut praesidiis arcebantur. Fuit tamen Alexandro etiam Halicarnassi anceps bellum, quam obsidione vix coepit et diruit: propiciatus hinc post reginae, cui mox reddidit regnum eius urbis, ab eaque se filium dici dignissime pactus est.

XXV. Exim Lyciam ac Phrygiam suas facit. Cumque ageret Phaselide, audit Aeropi filium novare adversum se res velle, hortatu Darii, Asinae internuntio, ut si is magnum Alexandrum oppresisset, regno eius uteretur, additis sibi auri talentis mille et amicitia Persarum. Quod is Alexander Aeropi, interfectoribus Philippri conscius, heredis ejus clementiam<sup>(j)</sup> cal-

(f) Cod. prorsere. (g) Cod. captivis. (h) Cod. utrique caesos humantur. (i) Cod. inconsequentium.

(j) Huic enim Alexander rex pepererat teste Arriano I. 26.

Iidam suspectaret: et est creditu facile quod conscientia opinatur ad sui meritum. Ea ergo reprobata<sup>(1)</sup>, ex consilio hominem amolitur, Pergenque Panphyliae protinus transit.

Idem Asia  
am mino-  
rem vicer  
percurrit.

XXVI. Hinc Aspendii condicione imperata, cum Side tenderet, neque Aspendios obsequentes iussis audisset, regressus eos captivavit transitorie. Tum itinere mutato Pisidiām<sup>(2)</sup> una cum exercitu repedans, reniti ausam invitamque obsequis Sagalassum expugnat urbem monte munītam: perque Sagarim Phrygiae amnem Euxinum venit. Eoque de Macedonia sibi eques pēdesque miles adhaerescit viribus quam numero magis: quo auctus protinus per Bithyniam et Galatiam tum Cappadociam, superato Tauro, Tarsum Ciliciae venit *multo labore*<sup>(3)</sup>, urbem sibi paene fatalem ex hac periculi facilitate.

Arsamis  
satrapa fu-  
ga.

XXVII. Arsames satrapa magna cum manu bello in se<sup>(4)</sup> etiam tunc paratus ferebatur, adhuc<sup>(5)</sup> Ciliciae potens. Eo usque<sup>(6)</sup> Alexander, ut ei mos erat, armis gravis peditem suum pedes ipse in acie comitabatur. Sed enim aufergerant qui armabantur ab Arsame.

(a) Cod. *Pisidiām*. (b) Cod. *ad hanc*. (c) Cod. *cōsue-*

(1) *Scilicet clementia.*

(2) Cod. *laborem*. Scipii autem *multo labore*, quia Atostolus apud Arrisium II. 4. alt. Alexandrum ex nimio labore Tarsi in mortuum iscidisse.

(3) Nempe in Alexandrānum.

XXVIII. Ipse ubi Tarson invehitur, sudore Alexan- et pulvere miles decens labore et honore rega- der natat in Cydas.

et honorē rega-  
li, Cydnum amnem videt urbis eius media per- vadere, coetu civium coronatum, mundum fa- cie, acutum frigore, nimum agmine, festinum meatus, ripis virentem<sup>(7)</sup>: delectatusque tali elemento seu fluento, victus aestu ac desiderans frigoris, an ut fortitudinem sui intuentum ci- vium theatro lactaret, saltu pontem fluminis scandit, una clypeo loricaque et<sup>(8)</sup> telo cum casside, inque amnem sese translatus alacri saltu praecepsit, eiusque omnem, retentans arma, latitudinem natat. Ita interpretatus<sup>(9)</sup> est regiae fortitudinis formam ex se militi dare qui se se iactaverint.

XXIX. Sed minores animo corporis ei vires Idem Tar- fuere sustinendae iniuriae. Calens quippe omnis<sup>(10)</sup> agrotat. ac vaporatus, hausto fluminis frigore penetrabilius utique quo rarior<sup>(11)</sup>, tantos febrium sibi contractu nervorum vapores excivit<sup>(12)</sup>, ipsis vitalibus vi frigoris ebriatis, ut spe bona medici la- berentur, ni amore in eum diligentiores fuissent.

XXX. Tum quidem fertur illud specimen ex- Amicitia fidentissime titisse Alexandri virtutum ad amicitiam memo- rabile. Philippus medicus alvo eius incitandae ma spe- potum parabat. Id Parmenion aemulus Philippo cimen.

(a) Cod. *ipso virante*. (b) Cod. *est.* (c) Cod. *interpretari pro inter- pretatus*. (d) Cod. *rarior*. (e) Cod. *exsita*.

venenum noxiū dicens, litteris regem uti letali<sup>(a)</sup> prohibebat. Quas ubi Alexander hausturus excucurrit<sup>(b)</sup>, chartam medico legendam dans, illico ipse poculum stringit, unaque vitium morbi et calumniae diluit: docuitque, amicitias probatas secundam non recipere deliberationem.

**Alexander Dario** Ciliciam quoque omni hostium interpellatu purgare. Iamque Mallon urbem appulerat Ciliciae non ignobilem, cum Darius ei adnuntiatur omni cum belli apparatu abesse bidui viam<sup>(c)</sup>. Quae res Macedonas itinere praeveros tantum in belli ardorem spe praesumptae victoriae levat, ut ipso bideo gravarentur mora et taedio.

**Conser-**  
**tilor ad Is-**  
acimque angustis loci faucibus struunt. Atque  
cum. Hor- hic sane operae pretium foret, si modo suscepta  
tomenta militaria. opera pateretur, referre in milites utrumque re-  
galia incitamenta: ut hinc Graecis ultiōnis ne-  
cessitas dicta sit et sui dignitas et praeindicia  
fortunae; at contra Persis adrogantia ventilata:  
cum summa utrubi fuerit, vitam illic relinquen-  
dam unde non victoria sequeretur.

**XXXIII.** Quamvis Alexander Hammonis mu-  
mine, ut paterna sui procuratione, in spem ute-  
retur militis creduli: quoniam res<sup>(d)</sup> securis Dei

altero tanto iustius antistat, et eruditio fit au-  
daciae confidentia praejudicii, accedente<sup>(e)</sup> ad  
commodum sui quod hosti illic de loci lege ad  
emolumētum peribat, cuius dc. milia bellato-  
rum in parte vigeſima numerabantur<sup>(f)</sup>: verum  
conditio sitū vires aquaverat, in fauicibus loci  
aequis frontibus concurrentibus.

**XXXIV.** Hic ego<sup>(g)</sup> facinus auditu dignum  
non praetermittam in loco ponere. Quippe Ale-  
xandrum ferunt, ubi pernox aciem suam voto  
composuit stipavitque securior laterum; adeo  
post id pingui somno soporatum, ut adulto iam  
die hosteque propinquante vix ducibus excitare-  
tur. Quaesitumque ab eo et quid causae esset,  
quod sub illo diseriminis tempore curae plenus  
adeo solito diutius ac profundius cubitavisset?  
eumque dixisse laetiorem: Sane non frustra,  
quod insperata sit copia sibi hostium data, se-  
curum factum acie disposita pro sententia<sup>(h)</sup>.

(a) Cod. accent. (b) Cod. ergo.

(c) Alexandri exercitus triginta milibus milibus coessit, quae erat pars vigeſima ad rationem persici exercitus. Sed quam pugna angusto in loco consereretur, peribat seu fiebat inutilis pars maxima copiarum hostilium, cum insigni commodo pacisitac Macedonum.

(d) Alexandrum insolite sopore gravatum imminentē pugna ad Arbelum (seu Arbela) aient Diōdorus, Plutarhus. Curtius, Iustinus. At Auctor Itinerarii ante prouium ad Issum id Alejandro contingisse narrat. Arrianus neutrubi eius rei man-  
minet.

Copias Da-  
ri et Ale-  
xandri.  
Alexander  
ante pug-  
nam som-  
num som-  
num som-  
num som-  
num som-  
num som-  
num som-

Victoria Mace- XXXV. Postque id ipsum dextrum cornu duxisse in confertissimos Persas: et thessalos donum. equites mox insecutus, ac minaces maxime hostium globos illico discidisse, acrique impetu agmen ad amnum Pinarum trusum in terga vertisse: plus multitudine sui hostibus quam metu fugave turbantibus. Ipse denique mox Darius curru relicto et in curru insignibus regiis egregiae<sup>(a)</sup> illi fortunae exininitur. Affectibus<sup>(b)</sup> quoque in tentoriis regiis hosti relictis: dolori decorique quae spolia tam foeda quam bello non necessaria: matre et coniuge comitantibus filiabusque diabus et filio. Opum tamen eius minus opinione illic inventum, quoniam pleraque festinans Damasci commendaverat. Alexander tandem<sup>(c)</sup> vitor ad Darii epulam<sup>(d)</sup> et tentorium subit: isque finis bello<sup>(e)</sup> fuit.

Alexan- XXXVI. Insequenti Alexander die, etsi gravi- dri huma- femoris sauciis vulnere, obiit tamen cunctos, et nitas erga quisque desideratus uti sepeliretur et Persa ex pari iubet: quisque vulneratus ut curaretur, do- natis his regiae, quorum in bello ipse commi- litio fortitudinis testis erat aut socius difficul- tatis.

(a) Cod. mendose aegregias. Legi aegre. (b) Cod. effectibus. (c) Cod. tamem.

(d) Epulam, inquit Festus, antiqui etiam singulariter posuerunt.

(e) Nempe certanini.

XXXVII. Auditio tamen captarum Darii mu- Darii fa- lierum<sup>(a)</sup> ululatu, quibus visa arma Darii vel milium co- plivis in- currus opinionem caesi regis adserebant, exisse rixit Ale- ad eas<sup>(b)</sup> fertur et honorifice vidisse, regieque xander. observari iussisse. Ubi additur, Hephaestiona<sup>(c)</sup> una cum vidissent indiscretius cultu, de auctu corporis melius opinatas, ipsum pro Alexandro salutasse. Sed enim errorem hunc matre Darii erubescente, dixisse regem, nihil eam erroris eius paenitere debere: in utroque enim se Alexandrum salutatum.

XXXVIII. Darius tamen collectis ex fuga ferme ad IIII milibus equitum, Euphraten petit insequentibus interponendum. At enim Alexander praecoque properans, Coele composita eiusque urbibus confirmatis, poenicis<sup>(d)</sup> (e) quoque Syriae res invicit, et Stratona Gerostrati filium<sup>(f)</sup>, qui Persis navalibus<sup>(g)</sup> praeerat, supplicem recipit libenti cum venia suum factum. Ab eo aurea corona coronatus Aradium<sup>(g)</sup> multasque sibi alias adhibet civitates.

XXXIX. Ibi Darii sumit supplices litteras se Darii litterae ad Al- culpa purgantis, neque belli causas ab se ortas, xandrum.

(a) Cod. multorum. (b) Cod. eor. (c) Cod. Effectiones. (d) Ita cod. pro phoenicis. (e) Cod. Asia. (f) Cod. navalibus. (g) Cod. Arabium.

(e) De archaismo vocis poenice legi Ekkelium doceat. num- us. T. III. p. 553.

verum lassitudine obviasse. Quae utcumque res fuerit, sese nunc quiescere matrem sibi affectio-nesque restitutat, quarum pretium facere auri talenta X milia.

Alexander **XL.** Verum Alexander refert: Si praecedentium memori sit, belli <sup>(1)</sup> fortunam Persarum sum. merito inclinasse: frustraque nunc offerri sibi ceu si sint dubia quae iure Martis iam sua sint, una ipso qui largiatur. Darius vero si velit reabse fortunae parere victorisque nosse clementiam, quid quaeo interest <sup>(2)</sup> ut manu ita et moribus sponte se dedat <sup>(2)</sup>? Neque paeniteat sui ni bellum mavelit.

Alexander **XLI.** Hisce responsis, Damascum capit ob-Damascum nisi levi opum conditorum persicarum. Tum et legatos legatos intercepit Thebanorum et Spartanorum <sup>(3)</sup> capit. Dario blandientes, sibi iniquos. Neque in eos inmitius consulti gentium iure, sed dans modestiam temporis.

Idem Tyrus obvi det cap. stat. **XLII.** Tyrum tandem <sup>(4)</sup> veniens sacrificare Herculi voluit, quod secus incolae aestimantes, tamqueva- internuntiis caesis, causas belli sibi et excidii stat.

(a) Ita cod. (b) Cod. et partem unam. (c) Cod. tamen.

(1) In codice interpongitur post *belli*, que si interponetio placeat, scribendum fortasse est *bellorum*. Dixit autem Alexander, se præsteritis Persarum in Graeciam excusiones ultum venisse cum exercitu in Asiam qui iusta fortuna vixor evaserit.

(2) Nempe supplex venias ad Alexandrum, quod ait Arianus II. 14. Codex autem habet *sedebar*.

peperere. Arceri quippe rex aditu dolens, urbem obsidere instituit. Ea Tyros insula etiam tunc erat haud procul continente, adeo ut facile sibi Alexander vindicaret, quod adgestu iacto eam urbem terrae continuet. Inque id protinus e Sidone naves acciuntur, unaque his Gerostratus rex Aradi venit, relicto satrapa Autophradate et Medica amicitia: Poenices quoque et Rhodii Soliique <sup>(a)</sup> vecti classibus suis et una Mallonii Cypriique utiles bello navali Ly- ciique <sup>(1)</sup> adfuere, adgregatis etiam ex Macedonia navibus ac militibus. Iusto iam denique apparatu opus coepit: triduo facile laboratur. Hinc <sup>(b)</sup> machinamentis admotis disiectisque muris et internicione incolis caesis, obtimates tam pauci in Herculis templo reperti honore Numinis sospitantur.

Darii legatio altera ad Alexandria. **XLIII.** Haec dum Tyri geruntur, Darii legatio revenit ceu si <sup>(c)</sup> in auctione regni paucam malis praesentibus petens pretii delimitamento (Iucrique additamentis livens gloriae competi-tionis) quo <sup>(2)</sup> pars major mortalium vincitur:

(a) Cod. vel, *Hrodli Soliis*. (b) Cod. sic. (c) Ita cod.

(1) Cod. *moralidii*. Corrigo autem *Lycique* potius quam *Lydiique*. Lycios enim Tyrum auxiliares Alexandro ducit Arianus II. 20. eum Gerostrato, Phoenicibus, Rhodiis, Soliis, Mallonii Cypriisque.

(2) *Quo refutatur ad delimitamento*, ideoque interposita verba parenthesi inclusi.

nam virtus in paucis est. Quippe ad decem milia talentum auri pro matre et filii uxore que sponsa<sup>(1)</sup> iampridem addebat quidquid utriusque regno possidendum limes Euphratis disperceret<sup>(2)</sup> ac muniret a se datum iri, cum filiarum una quam sibi victor nuptiis delegisset ad fidei religionem.

Alexander respondebat. Haec adeo ampla videbantur, ut Par-

menionia sit relatum, se sane dixisse si ipsus<sup>(3)</sup>

Alexander foret, oblatam petiturum: responsumque a rege, se quoque si Parmenion foret oblaturum. Renuntiari denique Dario iubet in scientiam sui<sup>(4)</sup> ridere, quae omnis est sua, partem malle<sup>(5)</sup> quam universitatem. Nam de eius filia, ni temperare sit pulchrius, copiam non morari: sibique ipse si consulat, sensurum<sup>(6)</sup> coram nosse victoriae modum quisque noverit vincere. Hic Darius pace desponsa parando rursus bello incubuit cunctis suis viribus.

Gaza ob-  
sidetur. XLV. At vero Alexander Palaestina sibi integrata, ire Aegyptum destinat. Sed enim Gazzan<sup>(7)</sup> Batis Eunuchus aduersum transiturum armaverat, quod ea urbs suggestu ardua, harenis

(1) Cod. Euphrate displiceret. Fortasse retinendum in textu displiceret, quasi sit a duplice, scilicet. (2) Cod. ipsius. (3) Cod. incertus vixi. (4) Cod. mala. (5) Cod. coursum remulsum. (6) Ita cod. ad inferius Gazzan.

(1) Scilicet oblatam ante talenta decem mille. Confer cap. xxxix.

circa pérpinguibus, ut<sup>(8)</sup> humectis satis subsidiis, vallaretur: valida muris, difficilis accessu, ambitu maxima. Quare quoniam ad gloriam arduis<sup>(9)</sup> res amicior quo<sup>(10)</sup> difficilior spes, hoc ardescere rex impensis, rimarique laudem de molimini difficultate.

XLVI. Igitur et accessus adgestu solidatur, Prodigiet bellum iam sacrificio commendabat; cum ales<sup>(11)</sup> quaepiam arae lapidem supermitit. Quae vates et quisquis haec coniectare in artibus habent, et excidium urbi portendere et ruinam, et regi periculum praemonent, ni caveret. Neque res ultra differtur. Eruptio quippe irruens indigustum etiam tunc militem turbat.

XLVII. Quem ubi Alexander viritim accitum Gaza ea obvium confirmatunque ratione quantocius ipse pitor. praevius dicit, nil praedictorum<sup>(12)</sup> memor, aut magis imperii quam sui; catapulta humerum vulneratur graviter quidem: sed enim animo vim corporis sarcis, capienda urbis spem vaticinii fide de suo periculo ratam sentit: et posthabito vulnere ut perdurat, admotisque ob sidialibus<sup>(13)</sup> machinamentis cum tuniculis insertis, idque assidue ac profundius; quarta demum

(8) Ita cod. ac, sed malum er. (9) Cod. quare quondam ex gloriano arduis res amicior quo. (10) Cod. praedicatum. (11) Ita cod. nisi maris obsidionalibus.

(1) Nempe erectis.

die irruit Gazam ac diripit, colique in postrem sinit, usus eius studio et opportunitatis, ut qui haec talia sibi vinceret.

Alexander venit in Aegyptum. XLVIII. Hinc septima die Pelusium et opima Aegypti venit, iam classe praemissa, nihil Mazace satrapi eius loci audente subsistere. Quare inde naves Memphis per Nilum suburgueri iubet, ipse per Heliopolim pedes eodem occursum: ibique Diis Aegypti sacra facit et sacros agonas exsequitur. Exim<sup>(a)</sup> Memphi defluente exercitu Canopum descendit. Quam circa loci facie delectatus condenda urbis desiderio occupatur: Divum aeo re<sup>(b)</sup> proxima mortalibus insciens<sup>(c)</sup> in opere pulchro perpetuari nomen auctoris.

Alexandria condit in Aegypto. XLIX. Igitur ubi solum describi conveniret, eius scientiae artificibus, quos architectonas votur in Aegyptum, limitandae humo ferunt pulverem defuisse: eoque milites iussos, quisque secum alphita esui potuive gestinaret, ea cuncti conferrent: eximique illos solo pingendo paruisse. Sed enim mox in cetera providentia rege distento, ad lapsas alites depastasque edulium aspergine li-

(a) Cod. ac sim. (b) Cod. rem.

(c) Ita cod. insciens pro sciens, non sine aliorum auctorum exemplis.

niamenti. Quod portenti coniectatores cum securus ducerent, Alexandrum sermo est pronunciavisse, eam urbem multis circa palantibus vicinissime gentibus altricem futuram. Haec monili omnis quisque faverant Persis, relictis satrapis, Alexandro accessere: coramque pro merito aut voluntate laudantur.

L. Ipse Hammonis sacrum longe in desertis natio ad Hammam. peregrinatum, ut illa sibi opinio patris staret, itinere incerto et inlimitatis locis magno dierum plurimum labore contendit, quoniam harenis aequalibus diu non dinoscibile est. Denique duos corvos draconesve praevios ivisse aiunt inimici fabularum<sup>(c)</sup>, donicum locum sacri appulit ire, sane secretum Deo et ad mira quaeque credendum.

LI. Quippe per immensum illud pelagus Fans Hammoniae si- tus amoenissimus. renarum loci facies offertur consita, arborum virens, nemoribus umbrosa, inhospita solibus, fontis affluens, tam Deo quam copiis dives. Hic pratis mollis, hic floribus picta, glauca hic oleis, hic ebria Libero, hic palmis arboribus grandifera et caesariata, interscatentibus nymphis<sup>(d)</sup> et interloquentibus rivulis.

(c) Nempe apud Arrianum III. 2. Aristobulus et communior fama corvos, Ptolemaeus dracones prarios ivisse Alexandro narrant. Et quidem hos auctores seu plerunque certissimos exscripti Arrianus.

(d) Ita cod. pro nymphis, ut alia exempla docent.

**Fonctes apud Haem monem. Sal fossi lis.** LII. Nec tamen illi ex ingenio nostratum fontium sunt. Quippe praecalidi noctis e medio sensim meridie frigent ad nivem gelidi: eximque tepentes in noctis medium convalescunt. Salem quoque offendunt nitore quo purior crystallus, et sapore gratissimo ceu si arte conditatur, forma terete qua ovum est, paulo maius quam ovum ex ansere, longius, crassitudine toto pervium lumine. Denique exim mola sacrificanti pro ture est odoribus efficacior<sup>(1)</sup>.

**Oraculum redditum Alexander.** LIII. Hinc patris Dei oraculis confirmatus Memphim redit, quo sibi legationes graecae converterant. Et eae referunt cupita nihilo minus voto laetiores. Athenienses quoque captos Grani ci<sup>(2)</sup> suos impetrant.

**Alexander it rursus contra Darium.** LIV. Enimvero ipse cognominis sibi urbis iam conditi adolescente, surgentibus moenibus, tum belli rebus civibusque formatis, Tyrum reddit, classe praemissa: Thapsacumque<sup>(3)</sup> receptus in urbem, mox duobus pontibus annem eum<sup>(4)</sup> transit, quamvis Mazacus<sup>(5)</sup> missus Darii inter-

(1) Hunc salem probe describit Plinius XXXL sect. 59. qui eni in omnibus consentiret Ascor Itinerarii, nisi is sal dicetur a Plinio ingratus sapore.

(2) Recole superius cap. XXIII.

(3) Cod. pro Thapsacumque habet immensenemque, quod corrigendum erat ex Artiano III. 7.

(4) Nempe Euphratem.

(5) Ita cod. Mazacus. Verum apud Arrianum III. 7. Diarium XVII. 55. et Plutarchum est Maçacæ. Et quidam in

turbaret. Eximque laeva habito Euphrate montibusque Armeniae, pro utensilium commodo itinere quasito, Babyloniam tendebat.

LV. Ibi speculatore forte intercepto Alexander, quem in hos usus sibi Darius armaverat, noscit eum iam Pigretæ<sup>(1)</sup> annem appulisse, obsitum scilicet transmissuris ibi longe auctio re exercitu animo numeroque. Verum cum is consilio mutato pedem de amne retulisset a tergo hosti venturus, Alexander protinus eum alveum transit praeruptis difficile superabilem.

XVI. Ibi suorum viribus fotis<sup>(2)</sup> et ad futura praedictis, agmen iam acie composita ducebatur. Quarta denique die eminus e celioribus speculis equitibus palabundis, ut sese videre, concursu protinus habito pars aut caeduntur aut fugantur. Sed enim<sup>(3)</sup> agminis pondus Dario ipso duce omnisque belli apparatus haud procul indidem habebatur, una omnibus gentibus barbaris quae nominis alienæ nostratum sibi mutuo peramicæ sunt. Erantque eis numerus in 'XL' equitum milibus munitissimus, pedes vero his triges tantum, falcati currus ducenti

(a) Cod. fortis. (b) Cod. redens.

latino codice facilis fuit mutatio a in u, e in c. Apud Curtium etiam est *Mazacæ*.

(1) Nempe Tigrim Mesopotamie. Arrianus aliquæ scribunt *Tigrim*.

Alexander der Tigrim transmis sit.

Copia Persarum quantæ.

et elephanti turriti, quae <sup>(a)</sup> illis est pompa iactantiae.

LVII. Hisque cum copiis castra conlocant copias in iuxta <sup>(b)</sup> Buleum <sup>(c)</sup> amnem Arbelo urbe non struit ad procul, vel quod alii mavolunt in Causameli <sup>(d)</sup>, pugnam prope Arbelum. id loci nomen est. Illic fertur orso Dario <sup>(e)</sup> suos in bellum adhortari, visum eunuchum, qui una affectibus captus, refugerat, commodum dixisse quo castitatis honore utque regie sui haberetur: *tunc illum petisse* <sup>(f)</sup> divinitus pro con cione, si sibi iam fato non liceat, Persis Alexandrum imperare. Tum locum diligit <sup>(g)</sup> tendendo ubi hostis visabundus erat. Id aequor inoffensus equitabile, et Issico bello <sup>(h)</sup> conditio divera: ut <sup>(i)</sup> quod illuc animi virtute pro visum est, magna hic corporis rursus fortitudine peteret.

LVIII. Igitur omni quadriduo viribus suorum refectis, exploratoque belli loco, nequam Persarum insidiae, sarcinis Alexander relegatis, oratione incitat suos: itaque provehit aciem silencio imperato, ut repens fragor fieret terribilior. At enim ea omni die uterque trepidi et circum-

(a) Cod. berrique. (b) Cod. insectum. (c) Ita cod. Variant autem vehementer in huic fluminis nomine Avriani et Curtii codices, nempe habent Bimadus, Bimodus, Bocamulus, Baumellus, Bumulus, Bumobs. (d) Ita cod. Sane et Piatarchus scribit *Causameli*; alii Gangamelis. (e) Cod. Darius. (f) Cod. corrupte sic: nullus ab quo eius grau erumpente. (g) Ita cod. pro deligit. (h) Cod. &ellipe. (i) Cod. axe.

spectantes, itidem ut constiterant, in acie quievere. Utendumque noctis adiutu Parmenioni consilium erat: quod Alexander dissicit <sup>(a)</sup> specie victoriae indecentis, reabse quia noctis fortunae confidere, ubi nihil cautioni licet, et imprudentiae est et inscientiae, quoniam consilia bellica longe tutius oculi metantur. Quamvis ipsi haud amplius equitum <sup>vii.</sup> milia, id vero peditum quod Persis equitum <sup>(b)</sup>.

LIX. Quare in hunc modum nocte superata, ubi cum die equites Scythas dextrum cornu suum irruere velle et circumplecti Alexander videt, obvius tendit. Diuque anticipi fortuna tandem tamen trusus hostis multo obdurantium dampno in terga convertit <sup>(c)</sup>. Ultra iam Macedonum pervicacia iverat: at enim Bactris paene frontis in medio numero claudentibus, convertit Alexandrum nuntius suppetiatum suis post fugientibus, qui sibi imminebat <sup>(d)</sup>. Ac sic Scytha quoque levati insecutore, ubi a tergo vacant, integrant vires reversi, Bactrisque congregantur, spe audaciam nutrientes.

(a) Ita cod. heic et alibi pro dissicit. (b) Cod. quis immis-  
tu.

(c) Nempe <sup>XL</sup> milia. Confer esp. l.vi.

(d) Convertit sensu neutro, ut apud Frontonem de feris Aliidentibus epist. III. ed. Mediol. p. 192.

LX. Fitque pugna acerrima iactatum crebritate. Quippe Pannoniis<sup>(1)</sup> alacritas est amica more gentis sua, vel obtinendum<sup>(2)</sup> expeditius proeliantibus, quod, praeter scuti usum loricae, ut oneris, neglegunt: contra hosti, quamvis gravis, inpenetrabilis tamen ac satis firma corpus omne munitione clauderet, et tueretur. Verum sic quoque inter eos<sup>(3)</sup>, Pannoniis nunc impete retrudentibus aut concitantibus<sup>(4)</sup> diuque aestu martio fatigantibus, immitti currus iubentur.

CURSUS  
faleat. LXI. Eaque res et fraudi Persis fuit et spidamento<sup>(5)</sup>. Quippe curulum falcium, discedentibus his qui imminebant Scythis<sup>(6)</sup>, Macedones<sup>(7)</sup> praedocti, pones ubi inruere<sup>(8)</sup> cursus intentur, sensim in latera demissi<sup>(9)</sup> aditum quidem transitus dabant, utrumque tamen equos bigas aurigantesque facile confixerant. Idque ad-

(a) Cod. cuneianus. (b) Ita omnino codex. (c) Cod. inuere.  
(d) Cod. pro demissi habet denoscit.

(1) Ita cod. Pannoniis heio et inferius. Sed omnino scribendum videtur Paonibus. Paones enim non Pannoni equites sequabantur Alexandrum. Confer Arianum III. 45.

(2) Ita omnino codex. Eget autem locus medica manu. Arrianus quidem III. 13. sit Paonibus ad tempus praevaluuisse Scythas, quod hi eorumque equi tutioribus armis protegerentur.

(3) Sequitur in codice spatium unius vocabuli.

(4) Cod. Scythas. Iamvero Scythe, quos ante dixit Auctor Pannoniis (seu Paonibus) institisse, tunc paulum remiserunt, ut aream curribus immittendis relinquerent.

(5) Vel, si mavis, Pannoni.

huc Persis equestre tantum proelium videbatur ac velitatio levis armatorum.

LXII. Quare Darius movet phalanga in Alexandri dextrum cornu quod eius praesentiā praeponderabat, sensim tendens suos ut pauciores circumveniret. Sed ferventius obvians, re provisa, plerosque Alexander dissicat, nec obsequi consilio sinit, adeo torrenti turbine et alacritate, uti Darius ipse, exemplo hostis et pudore agricior<sup>(10)</sup>, etiam tunc agminis sui in medio naviter bellans, ubi incondite suos turbare videt, studio salutis neglegens existimationis in fugam verteret, idque curru, quod nobilius decubebat. Neque difficile ceteri pedibus in sententiam secuti<sup>(11)</sup> regis exemplum, paria consultant<sup>(12)</sup>, dum Cadusii<sup>(13)</sup>, pars multitudinis persicae, rupta Macedonum acie in sarcinis prae-derarentur: qui tamen mox suorum comperta fortuna, qua via tutior, fugientibus conpetunt demitionem<sup>(14)</sup>.

LXIII. Sed haec in Alexandri sane dextris der suis la-geabantur. Laevum vero, quod Darii cornu<sup>(15)</sup> horribilis subpetiatur.

(a) Cod. secundus. (b) Cod. consultant. (c) Ita cod.

(1) Ita cod. Videatur autem putus hellenismus ex dictione, quamquam sententia duei videtur ab aliis.

(2) Cod. pro dom Cadusii habet quaseisia. sed erat corri-gendus locus ex Diodoro xxvi. 59. Curtio iv. 45.

(3) Ita cod. cornu, nam et hanc terminacionem patitur inter-dum quartae declinationis tertius etas.



dextro obviabat, aegre satis cura Parmenionis tuebatur: repensarentque Persae dampna praedicta, ni Darium Alexander insequens per internuntium nosceret Parmenionis res vergere dampno haud levi: eoque comperto et anticipi satis bello eminus viso, regressus eidem subpettiaretur <sup>(a)</sup>. Neque enim mora bello fuit a tergo iustium venienti, quin viso tali auxiliatore cuncti protinus laberentur, ut spes fugae blandior iuue.

**LXIV.** Quare ipse Alexander Darium insequi victoria statuit: agmen vero transmisso Lyco flumine, quod ultrorsum est, castra vallo munire, ibimus que quam queant ocius refectioni consulere iubet, secundis intentos. Igitur Parmenion spoliis hostium et opibus coactis opperiri Alexandrum statuit etiam ultra progressum: qui ubi Arbelum venit, quae prior civitas stadiis belli de loco ferme sexcentis sit, Darium quidem nullum videt, ita volucrē prætervolarat: opes tamen eius et arma tum cedar <sup>(b)</sup> apicem regium curru una et insignibus retrahit universis. Eo bello Macedonum desiderati sunt viri centum, equi mille, quorum pars maior insequendo Dario defecrat <sup>(c)</sup>. Persarum <sup>(d)</sup> vero trecenta

(a) Cod. subpettiaretur. (b) Cod. fecerat. (c) Cod. Persis.

(d) Nota cedar indeclinabile aut generis neutro.

hand minus milia, totidem captis, spoliatis universis.

**LXV.** Darius tamen paucis una Median petit, Babylone Susisque vitatis, qhod eas urbes inlectu nobiles victor avide petere <sup>(a)</sup> protinus sibi gloriae opinaretur, et id coniectare perfacile erat. Denique Alexander contendens cura et facie bellatoris terribilis in acie agens militem astu minatus <sup>(b)</sup> Babyloniam <sup>(c)</sup> accessit minax motu quantum visi eminus queat. Omnes protinus incolae cultu nil tristi, enim <sup>(d)</sup> laeticie simulamento obviam una muneribus effunduntur <sup>(e)</sup>: eoque genere <sup>(f)</sup> universi ad meritum recepti, metum obsequio mutavere, gratantes sibi, nec victore secus ad modestiam credito <sup>(g)</sup>.

**LXVI.** Illic igitur primum Persarum omni regno disposito suis legibus, et eius administratorkibus datis, Susas quoque maiore longe victoris <sup>(h)</sup> specie profiscitur. Exim Tigri <sup>(i)</sup> trans-

(a) Cod. inlectu noble esse, avideque passurum. (b) Cod. Babylonia. (c) Cod. offenduntur. (d) Ita evidenter cod. credit. (e) Cod. longe victim.

(f) Nempe studiōse minas præ se forens. Nisi maris legere acuminatus, quoniam in codice legitur coniunctum acuminatus.

(g) Enim in principio sententia, non sine aliis exemplis.

(h) Nempe eaque ratione. Codex habet generi. Suspicabar etiam exrigendum esse generatum.

(i) Ita cod. Tigri. Est autem hic non Mesopotamia (quem Auctor huius Itinerarii exp. LV. dicit Tigritis) sed Susiana Tigris, quem illi Pasitigrim appellant. Hunc Susianum nec procul Susis

Alexander  
der Baby-  
lonem oc-  
cupat.



missus Uxios pergit efferum hominum genus, quorum quique campestres dicto <sup>(a)</sup> audientes fuere: montium vero incolae de soli ingenio ferociores obstituros sese obnuntiabant, ni more Darii mercedem sibi transitus dependisset. Enim vero tunc Uxiis <sup>(b)</sup> supervenit improvisus, stratisque obviis celsiora montium scandit. Mutata denique adrogantiae vice Uxii vectigales sese eidem profitentur.

*Perser-*  
polis di-  
ritur. **LXVII.** Exim relictis qui gravius armabantur Pylas petuit fauces montium persicorum, ibique offendit Ariobarzanen in se armatum Darii nomine studioque XL milibus peditum et equitum septingentis obviasse. Ubi tamen sibi ingenium loci, quam manus hostium plus obssistit; docent captivi circumitu posse consuli difficultati: quibus auscultans, fide dicti praevisa, emensis nocte stadiis LX supervenit Persis interritis aditu suique securis. Caesis denique obstinatioribus fugatisve, ultra inoffensus <sup>(c)</sup> transit Persepolim <sup>(d)</sup>, divitiis invitantibus: Cyri denique atque Xersii illic, ceu si tutius sitis, the-

(a) Cod. dictu. (b) Cod. currit. (c) Cod. inoffensus. (d) Cod. pro Persepolim habet pote.

Fuentem vocat Tigrinu Diodorus XVII. 67. XIX. 27. Consultur et Salmasius exercit. plinius. p. 493. Cellarius geogr. vet. III. 19. deque his iudicium celebrissimi Sonetieru exam. erit, des Hist. d' Alex. p. 675.

sauris potitur <sup>(e)</sup> et amoenitatibus aulicis: quamvis regia igni abolita, odio <sup>(f)</sup> Xersii iniuriae, tum regis voluptatibus <sup>(g)</sup>, etsi iam suis, abolitis <sup>(h)</sup>: scilicet ut vicem damni ac labis meritum, quam ille invexerat Graecis, repensaret.

**LXVIII.** Hinc Medium dirigit studio Darii <sup>Persequi-</sup> capiendi, qui, si ulterius urgueretur insectan- <sup>um.</sup> tum pervicacia, transire decreverat ad Hyrcaniam. Quippe Darius Bactra populatus, tum omnibus adeptendis corruptis aut amandatis <sup>(i)</sup>, dampno regionis <sup>(j)</sup> contra insequentes cavebat. Ac siquid sibi regium aut de affectu regio supersederat, id omne iam Pylas caspias relegarat <sup>(k)</sup>, unaque comitantibus et utilitate devotis, ut opinabatur, quos se sequi <sup>(l)</sup> coegerat, morabatur.

**LXIX.** Qua re conperta, duodecima demum die Medium Alexander advolat, quod exim ultra abituras Darius ferebatur. Sed iam digressum una thesauris insequitur unius diei reliquo intervallo: rescitque a transfuga, pertaesos comites fugae eius, ceu si in gratiam potioris, Darium habere sub vinculis: Besum vero satellitem regis eius insignia recepisse. Igitur voto

(e) Cod. abolita odito. (f) Cod. voluntarior. (g) Cod. abolendis. (h) Cod. emendatis. (i) Cod. regi. (j) Cod. relegata. (k) Cod. quae secutae.

(l) Sequitur spatium unius vocabuli.

pennatior et spe voti ignotior<sup>(a)</sup> et viae usus asperiore compendio id elaborare ad pretium morae abscondenda: inopinus<sup>(b)</sup> supervenit Beso, confligenteque dampno non levi dispergit et dissicit per vim clam fuga de medio<sup>(c)</sup> dilapsum. Ibique reperiunt Darium *interfectum a suis*<sup>(d)</sup> qui Beso una fugissent. Quare corpus quidem honore regali maiorum eius sepulchris inferri iubet.

Alexander Besum  
der Besum  
insequitur.

LXXI. Ipse vero Hyrcaniae, quibus visum ad ingenium loci ac temporis reversionisque comodi superpositis, Besum insequitur, sic animo firmatus ut quadrifariam<sup>(e)</sup> fugiens vallaretur. Denique ubi campos ingressus est, victori se dedunt Abraxares una Phratapherne satrapae: Besus elabitur. Qua cura deposita seu dilata, suos per loca belli, siquos reliquerat, congregari iubet, refectisque his quatrudui mora Xazacerta ire decernit<sup>(f)</sup> urbem illuc nihil optimae posthabendam, quam praemissi in hoc ab Alexandro moderabantur. Sed concurrent prius etiam impedimenta agminis universi<sup>(g)</sup> loco belli reflecta, accitaque post id. Sic enim regia iussa praescripserant. Ac siqui ab se<sup>(h)</sup> distracti for-

(a) Ita cod. nisi *maris ignior*. (b) Cod. *inopin*. (c) Cod. *peribis* *clausum fugare medio*. (d) Cod. *Ibique reperiunt in armis suis*. (e) Cod. *decernit*. (f) Cod. *versi*. (g) Cod. *ac siquis ad se*.

(f) Arrianus III. 23. ait Alexanderum insequutum esse Besum tripartito exercitu.

tunam belli meritumve victoris elegerunt, vel siqui ad eius iudicium provocarunt<sup>(i)</sup> venia donati omnes: Graeci quoque mille quingenti qui Dario mercede militabant: eosque suos facit.

LXXI. Interim tamen Mardos excurrit, et captos bello redigit in obsequium nihil omnium rennentes (sed enim Mardis, praeter arma viresque, nulla sua res est) opum cura posthabita perdurans<sup>(j)</sup> quae ceteros hominum exercitos habet. Exim revertenti Spartani se offerunt, qui Darii amicitiam petierant; sed custodiri mandantur suspecti simplicis confidentiae<sup>(k)</sup>.

LXXII. Tum moratus Xazacerta in Hyrcania dies quindecim, Parthos Arionosque<sup>(l)</sup> proficiuntur, et Susiani civitatem, quod Besum illic bello studere conperisset, non regni modo, verum nominis<sup>(m)</sup> etiam Artaxersii<sup>(n)</sup> veluti ad reverentiam sibi vanitate quaesita: quoniam multi refugae Bactriani in eius satellicium confluxissent elati mentis iactantia<sup>(o)</sup>.

LXXIII. Inque id destinanti Satibarzanes Ariorum satrapa nuntiatur, imperfectis Macedonum

Mardos  
subigit.

Hyrcanios  
item, Par-  
thos et A-  
rionos.

Satibar-  
zanes de-  
fensio.

(a) Cod. *vel qui adiuvov insidium postant*. (b) Ita cod. Mallem Arrianus aut *Artes*. (c) Cod. *missine*. (d) Cod. *Arcazeris*, sed an-*peris* his *Xerxes*. (e) Cod. *electi manus uaccantiae*, quod fortasse re-*temendum erat*.

(f) Nempe Alexander in captivis Mardis licet pauperibus.

(g) Nempe deditonis sinceras.

urbis eius ad custodiam quos acceperat, Arios pro Beso armare. Illò igitur praeverens sexcentis biduo stadiis urbem Artacoenta<sup>(a)</sup> Ariorum regiam venit. Quo viso Satibarzanes una paucis conscientiis meriti fugit: ceteri puniuntur mali consilii vel obsequii<sup>(b)</sup> mercede. Quis gestis, Xazacertam<sup>(c)</sup> Alexandro revertenti offeratur unus Darii interfectorum, afficiturque serviliter verberibus ac morte. Eductusque ab eo super conscientias in Besum dicit exercitum.

**LXXIV.** Eo vero itinere gentes subiugat plu-  
gentes do- rimas: tum Dracas tum Arachotas barbaros vi-  
mines ab A- cinos Indis<sup>(d)</sup>, mari rubro<sup>(e)</sup> imminentes: Arios  
lexandro.

quoque qui nuper obsequio defecerant: idque  
hieme multa iniquum militibus impeditis. Enim  
vero in hos ducibus immisis, ipse Caucasum  
tendit amore vincendae difficultatis, et illic quoque  
que Alexander sibi ad fidem laboris instituit<sup>(f)</sup>.

**LXXV.** Quam molienti nuntiatur. Besum ul-  
tra transgressum Oxum flumen navibus supera-  
perat.

(a) Ita cod. Arrianus Αἴτανόντας, Curtius Artacoena, et quidem id vocabulum vehementer variet. Vide Curtii interpretes vi. 6.  
(b) Cod. obsequio. (c) Cod. Tum Dracastrum Arachotai barbaras bar-  
barorum vicinas Indis. (d) Cod. ad fidem laboris instituita rami-  
nis difficultate.

(e) Cod. hae loco Xazacerta, qua inflexio accedit nominis  
ad Ζερδηναρι Arriani. Nota etiam in finalem, quum su-  
perius scriptum fuerit Xazacerta.

(f) Nempe Erythreo indicio.

visse, quas omnes incenderit, ne persecundi<sup>(g)</sup>  
sit libido. Igitur nihil moratus ipse quoque au-  
det in Caucasum longitudine sui TAURO conti-  
nuum, saxis incondite arduum neque gradibilem  
ut videbatur, intersitumque parvis<sup>(h)</sup> arboribus.  
Cetera terebinthum<sup>(i)</sup> illuc aiunt et silphium  
gigni: quo facile adpasci<sup>(j)</sup> oves floris eius esu  
et usu frugis et radicum<sup>(k)</sup> delectatas: eoque et  
hominibus gaudet<sup>(l)</sup> carne sola contentis, mar-  
tiis prorsus, et belli usibus amicissimis.

**LXXVI.** Quippe hinc Besus non modo gen-  
tem<sup>(m)</sup> optaverat<sup>(n)</sup>, verum quidquid suppetule  
insequentibus foret, id omne corrumpens abo-  
lensque<sup>(o)</sup> incendio, geminaverat difficultatem  
paria temptantibus. Sed enim frustra id quidem.  
Ita omnibus superatis, quod se suosque Ale-  
xander docuerat<sup>(p)</sup> fama Aorni primum, tum  
penes Bactra viatica esse<sup>(q)</sup>, ipse quoque Oxum  
iam superaverat.

**LXXVII.** Ubi cum facultas transitui nulla  
esse, probat nihil ita mortalibus arduum, cui  
Alexander Oxum transmis-  
tit.

(a) Cod. par sequentia, quod fortasse ferri potest. (b) Cod. pa-  
ris. (c) Cod. ceteraque vita bonus illic etc. quae corrigeenda fue-  
runt ex Arriano III. 28. (d) Cod. que facile adpasci. (e) Cod. flu-  
rit eius et usu frugis et usu radicum. (f) Cod. gente. (g) Cod.  
corrupcis amictuante. (h) Cod. doce. (i) Cod. stationis.

(j) Nempe frequens est iecollis Caucasus, ut ait Arrianus III. 28.

(k) Id est populum in armis abduxerat.

Besus ca-  
pitur.

non viam perfacile sapientia straverit. Quod enim alias<sup>(a)</sup> praesenti usui suppetiari advertebat<sup>(b)</sup>, promere suos<sup>(c)</sup> pelles iubet, quibus subtendere<sup>(d)</sup> gignentium frivola aridaque constringi quam maxime in vinculis crebrioribus docet. His quippe pactis, substratu levium densarumque itidem et superiectu trabicularum<sup>(e)</sup> calcata tabularum conexa<sup>(f)</sup> utrimquesecus pellium pragmenta usum ratium integraverant sibique pecoriique. In hunc modum sarcinis transportatis, non superstantibus tantum fida militibus, sed annantibus quoque animandis, si statio horruisset, opinione facilior transmissio fuit, cum sex stadiis latitudinis alveus Oxi amnis pateret.

**LXXVIII.** Nec tamen quisquam ausus obsistere est: quin etiam nuntiatur iam planiora perinantibus<sup>(g)</sup> Besum ibi<sup>(h)</sup> vinctum a suis communi pretium culpae servari pro his, quibuscum fugerat, reum. Quare exim iter solito patientius<sup>(i)</sup> facit. Ptolomaeum<sup>(j)</sup> vero Lagi praeire susceptum Besum ad seque perducere antemit-

(a) Cod. aliud. (b) Cod. *promere suos pelles, quibus subtendere iubet eis.* (c) Ita cod. nisi est mendum pro *trabicularum*. (d) Ita cod. cum una n. (e) Ita cod. Videtur autem scribendum *paraginatibus aut permeantibus.* (f) Cod. ubi. (g) Cod. *patientibus.* (h) Ita cod. constanter *Ptolomaeum*, non *Ptolemaeum*.

(i) Huius artificii militaris exemplum est etiam apud Xenophontem *Cyri exped.* L. 5. §. 19.

(j) Nempe milites.

tit. Nec mora, vinctus offertur, unaque flamma<sup>(a)</sup> irae eius extincta. Ita increpitudine servilis, eoque<sup>(b)</sup> nomine verberatum, ad poenae conperendinationem custodiri in tempora mandat. In ceteros venia liberalis.

**LXXIX.** Hisque in hunc modum gestis, exim Sogdiani sibi equorum numerum integrat, qui admodum na provin- pluri omni genere difficultatum varie defe- cia occu- cerant. Ipse ire Maracunda<sup>(c)</sup> contendit, quae Sogdianis es tregia, Tanaimque<sup>(d)</sup> exim qui sub- ortus e Caucaso ingressurusque hyrcanum mare Asiaem Europamque dispergit<sup>(e)</sup>. Eius pars fer- tur Tanaidos humo Asia paludibus Maeotis emer- gere denuo, causasque Euxino dare, ut cursu quo volvitur urgeatur<sup>(f)</sup>.

**LXXX.** Eo itinere tamen praemissos Macedo- num castra metatum, improviso offusi pa- nis indigenae, opprimunt obruncantque, qui in cenduntur.

(a) Cod. *offerunt una cum flammis.* (b) Cod. *ipsoque equus.* (c) Cod. *dispergit.*

(d) *Ita cod. constanter Maracunda, at alii scriptores Maracanda. Inferius cap. LXXXIV. scribuntur Maracundam.*

(e) *Cod. hoc loco Tana sed max Taxain. Porro loco intelligentius Iaxartes teste Plinio VI. sect. 18. Includente flamine Ia- xarte, quod Scythae Silin vocant: Alexander militisque eius Tanaid putare esse.*

(f) *Nempe: Fertur pars eius Tanaidos ex Asia allapsa emer- gere denso paludibus Maeotidis (sea Maeotis) etc. Quoniam vero Augtor Itinerarii plerumque cum Artiano consentit, iuvat hec exhibere locum ipsum Artiani de re eadem III. 50. 'Exi- visse in Tanaos terupit' p[ro]p[ter]ea. T[em]p[or]e illi Tanaidi nascuntur, & ab illis nati*

triginta <sup>(a)</sup> haud <sup>(b)</sup> minus milibus Alexandro venienti obversari decreverant. Enim mox Alejandro ingruente, ad montium celsiora concrepant <sup>(c)</sup>. Sed ubi eis primo conflictu <sup>(d)</sup> fortuna blandita est, Alejandro crus sagitta transiecto, ulterius ausi eo usque caeduntur, ut vix octo de triginta milibus laberentur.

LXXXI. Quibus gestis, Abii scythaes ab Hoscylarum mero iustitiae laudati <sup>(e)</sup> legatione se dedunt, moremque gesturos victori profitentur, quantum solis corporibus queant, quoniam quisque pau-

(a) Ita cod. in *triginta*. (b) Cod. aut. (c) Cod. *concrepant*. (d) Cod. *conflicto*.

'Ορθόντης ἀλλα ὄνδρας τρές τῶν ἐπιχωρίων βαρβάρων καλεῖσθαι λέγει Ἀριστοβολος, αἱ τρεῖς μόνοι ἡν τοῦ Καυκάσου ὅραι καὶ αὐτὴν στοὺς ἔξιηρι δὲ ποιητὰς ἐπονοῦσι· εἰ τῷ ἴρωντι βάλλονται· "Ἄλλος δὲ ἦν ἢ οὗ Τάναις, ὑπὸ ἣντος λέγεται Ἡράλδος, ἐκ τούτου τοιούτου τοῦ σπηλαίου Τάναιος, πατέρα μόνον λέμπει μαρτύριον ἀνίκανον, ἐπιδίδων δὲ ἐκ λέμπης τοι μαρτύριον παλαιότερον Μακών. Καὶ τὸν Τάναιον τούτου τοῦ οἴστρου ποταμοῦ τῆς Εὐρώπης οἵ δὴ ἀπὸ τοῦ μακόν τοῦ πόντου τοῦ Εὐρώπης ἡ λίμνη τε ἡ Μακών πατέρας ὁ Τάναιος εἶναι, φύεται τὸν Αἰγαίον τε πατέρα τοῦ Εὐρώπης· Ιδε ad Tanaim fluvium profectus est (Alexander). Huius fluminis, quod et alio nomine Orxantem a finitimis barbaris appellari Aristobulus dicit, fontes e Caucasus item monte oriuntur: in hyrcanum autem mare idem exit. Alius porro est Tanait, de quo Herodotus historicus dicit, octavum esse flumen scythicum Tanaim, cinque fontes ex magno lacu ortos fluere, et in aliud maiorem lacum, Maeotis dictum, ferri. Atque hunc Tanaim sum quid Asia atque Europa terminum statuunt: quorum de tenebris tum Maeotis ab intimo sinu ponti Euxini, tum in eam illaberet ite fluvius Tanais Asia et Europam separans.

(1) Iliad XIII. 6. Αἴγαον τε διεπειπτόντων δειπνάτων.

perior liberior infestatore <sup>(1)</sup>. Eorum denique moribus delectatus remissis adiungit, studio ve-  
ri <sup>(2)</sup> descendit, qui <sup>(3)</sup> quid colerent aut viverent renuntiarent <sup>(4)</sup>. Ipse progressu ad Tanaim illic quoque urbem sibi instituit haud disparem magnitudine cognominem Alexandriis: idque usui ca-  
vens, siquando post in eadem <sup>(5)</sup> militaretur.

LXXXII. Sed inconciliantibus <sup>(6)</sup> Besi sociis, Septem  
urbes re-  
bellant. iungumque gentium nominantibus, metu poc-  
nae <sup>(7)</sup> septem urbes consulto pari graecos cu-  
stodes interimunt. Quarum quae Cyri civitas dicta Craterus multa cum militum manu mitti-  
tur obcessurus, neu quid ultra liberius queant.  
Ipse Gazam primo congressu aliasque quattuor biduo capit.

LXXXIII. Tum Cyri adgreditur situ muris- Cyropo-  
lis expo-  
gaatar. que firmissimam, quam xv scilicet armatorum milia tuerentur, nulla victualium <sup>(8)</sup> indigentia:  
Iamque machinis in id admotis <sup>(9)</sup>, repente am-  
nem, ut prius animo praesumserat, qui eam ur-

(a) Cod. vere. (b) Cod. quicquid. (c) Cod. poeme. (d) Cod. nulli  
victualibus. (e) Cod. amotis.

(1) Nimirum et apud Frontonem *Principia hist. fragm.* I. barbari asiatici dicuntur: libertatem inopia sortiti, quia in opera subiectandi steriles fructus laboris capitur.

(2) Ex cap. xcvi. constat Alexandrum Abiorum legatis, redeunibus ad gentem suum, addidisse aliquot qui explorarent Abiorum mores sibique certius nentiantur.

(3) Nempe regione Seytharum, ut sit Arriacus IV. 1.

(4) Nempe improbabilius.

Alexan-  
drus ad T.  
trans adi-  
ficatio ab-  
solvitur.

bem agmine turbido <sup>(a)</sup> interfluit, transit Alexander nihilque opinantes obtruncat. Tunc se-  
cure urbis eius potitum se ratus animo defer-  
verat. Neque impune id aut modestiae merito:  
acriter enim incolae congregati inter primos qui  
inruperat Alexandrum quoque saxo caput gravi-  
ter vulnerant. Sed non eo secius <sup>(b)</sup> irritatis proti-  
nus Graecis capitul civitas vastaturque, nihilo  
minus rege in opere fervente. Quae vero septi-  
ma civitas exempli metu ad modestiam ducta est.

LXXXIV. Verum sic <sup>(c)</sup> quoque Maracundam  
contendit, ubi sui obsederi <sup>(d)</sup> nuntiantur <sup>(e)</sup>, et  
praeterea Scythae trans Tanaim obturbabant.  
Quare suis legit propere suppetias. Ipse vicesima  
die urbem quam praecoepit substruit <sup>(f)</sup> poenâ  
captivorum usus ad operis festinationem tali in  
tempore necessarii: datis incolis quos aetas aut  
vulnera deprecabantur, item <sup>(g)</sup> militiam nolenti-  
bus aut etiam nequeuntibus et in id idoneis per-  
ritia necessariorum.

LXXXV. Verum imminentibus Scythis super-  
be, is (saepe <sup>(g)</sup>) conatum cum sacrificia cohiben-  
tent, idque creberrime) vincit imperatoria in-

(a) Cod. turki. (b) Cod. Sed nisi eis etiis. (c) Cod. si. (d) Ita  
cod. obsederi, at inferius obtruncatur. (e) Videliter scribendum man-  
tubatur. (f) Cod. idem. (g) Cod. hiszape.

(t) Cod. subrigit. Sed, omnino dicendum substruit. Agitur  
nam de condita Alexandriæ ad Tanaim. Recule cap. LXXXI. et  
Arrianum IV. 5.

dignatione, vinceret ratio quae fato obviabat <sup>(1)</sup>.  
Ac nocte Tanai transmisso tam facile quam au-  
dacter hostes primo incursu fugat caeditque pa-  
lantes. Eos vero intemperantius persecuens siti  
aestivæ succumbit. Neque aqua utibilis reperta.  
Quidquid de fluviosis aut rivis <sup>(2)</sup> ab aestivo in la-  
cunis erat, eo proni ac lingua lambentes hausto  
ceu necessario, latente eius peste corrupti sunt.  
Quippe ea qualitas alvo laxandæ efficacissima.  
Ita omnes viribus vacuati aestu <sup>(3)</sup> intestino ca-  
loris, ut minus nonnulli hoste quam vitio <sup>(4)</sup>  
praevenirentur. Insecuti nihilominus eorum le-  
gati veniam erratis post <sup>(5)</sup> victoriam retulerunt.

LXXXVI. Il porro Macedones qui in arce Clades  
Maracundæ obsidebantur, ante adventum auxi-  
lii eruptione facta disiecerant hostes ac fugâ-  
rant. Longius tamen eos in <sup>(6)</sup> Sogdianos inse-  
cuti, ubi de redditu consulunt annemque Poli-  
metum <sup>(7)</sup> adfuere, sensim prosequentibus Scy-

(a) Cod. nivea. (b) Cod. vacuæ genit. (c) Cod. horridis siccæ. (d) Cod.  
pro sicciorum. (e) Cod. pro in habet qui. (f) Artianus scribit flaci-  
tum.

(1) Locus nimio studio brevitatis obseruans, vel etiam cor-  
ruptus, haurit lucem ab Arriano IV. 4. qui ait Alexandru pro  
transitu Tanais sacrificient non seleni influsus signa esse prodita  
monente vate Aristandro ut ab eo consilium recederet. Alexan-  
drum nihilominus pudore et indignatione impellentibus Tanum  
superisse Seythasque in fugam vertisse: sed mox ipsum cum  
exercitu gravissima siti pressum epotaque insulavit aqua peric-  
lose agrotavisse.

this inexploratam adorti<sup>(a)</sup> alvei partem, limo profundius retentantur<sup>(b)</sup>. Idque ubi hostis gnarus<sup>(c)</sup> locorum videt, praevenit, adortique<sup>(d)</sup> rerum imperitos ac male cedentes<sup>(e)</sup>, communis conficiunt<sup>(f)</sup> omnes, nisi quis praevenisset pedum aut visuum<sup>(g)</sup> potens. Neque amplius equitibus semieribus<sup>(h)</sup> peditibus<sup>(i)</sup> ccc fugere.

Viasdieta  
Alexandri.  
Fluminis  
evanescere. LXXXVII. Quibus Alexander nuntiatis, Maracunda contendit, auctoremque eius sceleris Spiranem tantem<sup>(j)</sup> fugientem secutus omni cum socio interfecit. Suos sepelit, vastatque regiones quas Polimetus amnis ambit aut rigat, qui progressus ulterius harenis bibitur et receptatur, facitque invia cuncta, subsidiis colentium<sup>(k)</sup> nullis: quoniam illic et alii famosi amnes hauriantur<sup>(l)</sup>, Pardis<sup>(m)</sup> qui Mardos, Dariusque qui Hunnos<sup>(n)</sup>

(a) Cod. adortari. (b) Cod. retentatur. (c) Cod. ignarus. (d) Cod. adortatique. (e) Cod. cedentes, sed fuit emendandum ex Ariano iv. 5. (f) Cod. fugiente. (g) Cod. visum. (h) Cod. peditibus. (i) Cod. et colentibus. (k) Cod. surianarum.

(1) Ita cod. Spiranem. At Arianus iv. 5. habet Spiranem, quod omnino scripsisseum, nisi Spira diceretur heio oeu-  
sisus, quem tamen Spiranem (in cod. Piranem) adhuc vi-  
rat inferius cap. XCIII. Itinerarii. Nihilominus et heio Spira-  
menem dicendum puto.

(2) Apud Ariannum iv. 6. est Επαρχη.

(3) Si Ariannum iv. 6. sequeris die Ariante qui Arios. Co-  
dex habet Darisque qui unox. Sane superius esp. LXXXIX. n. 2.  
vidimus a militibus Alexandri Luxarem habitum pro Tana. Plutarachus item p. 62. docet, Alexandrum in hyrcano mari pu-  
tasse paludem Maeotina restanguisse, palidam δὲ εἶναι τῆς Mae-  
otides λίμνης οὐκεποτέ εἶναι. Invenio Hunnos ultra paludem Mae-

interfluit, et Estumandrus<sup>(a)</sup> veniens per Ever-  
getas. Hi omnes illic sepulti vanescunt.

LXXXVIII. Hieme igitur apud Arimaspos Besi se-  
declinata, dat sese legionibus obsequentium plicium.  
aut paciscentium quod<sup>(b)</sup> usus aut quies vellet:  
Besumque accitum et rursus increpatum et ver-  
beribus punit et gloria<sup>(c)</sup>, mutilatis tamen prius  
et naribus auribusque: idque supplicii genus du-  
rius visum quam severitas graeca est.

LXXXIX. Nam et cetera eius cultus et af-  
fluentiae, more Medorum, suorum plerique iam Alexan-  
dri luxu: adrogantiaque mutasset: tum mensae modo, tum ve-  
stium pretio, tum apicis vanitate is qui<sup>(d)</sup> utro-  
que de latere heraclidas sibi aeacidasque censem-  
ret, Arsacidum<sup>(e)</sup> tamen aemulationi concesse-  
rit, victi rem passus<sup>(f)</sup>, quorum<sup>(g)</sup> moribus ob-  
secundabat: idque ei omnes animi glorias obum-  
brabat.

XC. Praesertim ubi amicissimum sibi Clitum Corri-  
illum Granici propugnatorem ex causa convivii viam.

(a) Its cod. (b) Cod. quo. (c) Cod. ar qui. (d) Cod. passum. His.

tim incoluisse exploratum est (Amm. Marcell. XXXI. 2.). Sed  
vix tutius existimo Ariannum sequi, nam codex ambrosianus  
peritiorum quidem est sed tamen mendorissimum.

(1) Nempe ignominia afficit.

(2) Auctor loquitur πελαγητῶν.

(3) Nempe Arsacidum.

incitus interficerit (die sacro quod <sup>(1)</sup> pro <sup>(2)</sup> Libero Castoribus fecerat) qui <sup>(3)</sup> epulo accubabat una blanditoribus regis. Tum supra ipsos fortitudinis Deos <sup>(5)</sup> laudari ab adsentatoribus coepus, patri quoque se Philippo anteferri delectabatur.

*Cliti mort.* XCI. *Enimvero Clitus uti Alexandrum amicum restitueret in viam, neque concederet ei malam morum adrogantium coalescere, cui modestia et verecundia plus laudis adferret, amico liber, religiosus in Philippum; Eum vero se anteferre respondit, qui hos fecerit suos animi viribus corporisque <sup>(3)</sup> cum quibus vicerit, non eum <sup>(4)</sup> qui talibus gaudeat. Quae ubi ultra <sup>(4)</sup>, nec pudet regem vino calentem, Cliti <sup>(4)</sup> verbis gladio respondetur. Sed enim mox in id recedit paenitundinis, ut eum vitae pigeret adeo impigre intemperantis: ni amici magis id offensae Dei Liberi, quam eius moribus darent; qui sic posthabitum sollempne <sup>(5)</sup> suum ultus furore*

(a) Cod. et quae. (b) Cod. corporisque. (c) Cod. nunc his. (d) Cod. duci. (e) Cod. post rituum sollemnum.

(f) Nempe coniuncti quod die sacro etc.

(2) Addidi pro. Ait enim Arrianus iv. 8. Τὸν δὲ τοῦ Διογένου μήνα τῷ τῷ τόπῳ ἀπόλλητο λέγεται, Διογένεσσι δὲ Σίσιῃ, αἰνεῖ τον τοπον, νεγέλει Bacchο, Diocuris sacram festus.

(3) Nempe Castores et Horalem, ut ait Arrianus iv. 8.

(4) Mira scribitis brevitas! Diendum enim erat quae ubi ultra modum oggerit.

putaretur: aut invidentia laudum earum aemulus <sup>(6)</sup>.

XII. Quare tum quidem curam corporis recipit, vitium tamen gliscit. Quippe iam adoratum se volens, salutari more mortalium neglebat. Verum sapiens Callisthenes comes et amicus <sup>(7)</sup> arcere hominem et deducere palpo temptabat: eo quoque addito, quod quam iustum sit infestari eum qui insignia regni quae sua non sunt usurparit <sup>(8)</sup>, tam a Diis posse puniri abiurationis qui sibi adeo faveant <sup>(9)</sup> honore iactantiae <sup>(10)</sup>. Sed neque proficit Callisthenes, et mox <sup>(11)</sup> inter proditoris relatus ex causa tali morte punitus est.

XIII. Mos erat, regibus optimati liberos Hermolaus ministrare <sup>(12)</sup>, ad custodiam scilicet regiam et puer reverberatur ab obsequia liberalia. E quis Hermolaus quoque Alexandru-

(a) Cod. laudantium exercitus aemuli. (b) Cod. ei amice. (c) Cod. usurpari ad. (d) Cod. ad eos faverant. Porro haud scio an ad eos fuerit retinendum vel ad Deos scribendum. (e) Cod. ministrari.

(f) Apud Arrianum iv. 11. sic loquiter Callisthenes: οὐδὲ Αλέξανδρος διατέλεσθαι θύ, εἰ τῶν θεάτων τοις στρατιώταις βασιλεῖς τομέας Κυροτελείη. Οὐ φύσης εἰ δικαιόπτερος ἀντὶ δεσμούτος τοις Θεοῖς διατέλεσθαι θέσιν οὐδέποτε ή τοις θεάτοις εὐθὺς σφύζειν ποιεῖσθαι, οὐ τρέψις διλλήτων πεπονιζεῖν δικαιούσας: Num patet erat Alexander priuatum aliquam regios honores electione suffragili que illegitimis usurpare: multo itaque iuratis Deos indignatores, si quis mortaliss divinos honores sibi adreget, aut ab aliis delatos admittat.

(g) Quo tempore id evenerit ridebris inferius cap. etti.

Sopolidis<sup>(a)</sup> erat bonis moribus roboreque, quorum utrobique studens, regi de corpore, animo tamen ac disciplinis militans Callistheni, ubi cum quaereres sat placet. Is venante<sup>(b)</sup> Alessandro in aprum expectabilis<sup>(c)</sup> formae, ipse<sup>(c)</sup> prior bestiam sternit, et stratâ gloriarunt, utque immodestae fortitudinis ab rege verberatur.

*Hermolaus* coniuratio. Quod cum acris merito sed ingenue doluissest Hermolaus coniurat in regem cum Sostrato et Amynta et Antipatro Asclepiodori, tum Epimene et Anticle et Philota. His amicis in sua iniuria fervescentibus, pactum fit, nocte Antipatri<sup>(d)</sup> conclavi<sup>(e)</sup> regis irruerent. Neque id quatum. Ita pernox rex convivio perdurarat. Sunt qui etiam prohibitum ire vatis voce, ne quidquam esset in aula multis praemonitis ratae<sup>(f)</sup>. Itaque Ptolomaeum rem sibi proditam

(a) Cod. Sopolidus. (b) Cod. venante. (c) Cod. int.

(1) Ita cod. *expectabilis* pro *expetibilis*. Et quidem eo vocabulo usus est eadem cum sententiâ Tacitus *Anal.* XVI. 24. Sed lectionem optimam e textu Taciti *Rhenanus* ciecit.

(2) Nempe qua Antipater excubias ageret.

(3) Nota irraso cum tertio eas, quum alibi iungatur quarto, nisi forte est mendum pro *coulaceo*.

(4) Numpe ex multis divisis indicis suspicantis insidias auditas. Locuta autem sic est corruptus in codice: *Sunt quia iam prohibitus ire vatis ne quidquam esset in aula erat multis praemonitis rata*. Res ita narratur apud Curtium VIII. 6. *Quam iam lux adpetret et convivium solvitur, et coniurati excepterant regem, lucti occasione extrellum sceleris admotam; quam ma-*

detulisse, Callisthenisque<sup>(a)</sup> sententiam in discipuli facinore suspectatam, de prioris ineffacia libertatis<sup>(b)</sup>: cum Hermolaus tamen acri in opere tormentorum, praeter sui verbera, nihil questus sit aut confessus.

XCV. Sed reverentiam legatio Scythica de *Abiorem* Abiis iterum attulit, dictoque audientes fore mores. se muneribus attestabantur. Quae munera erant filiae regales pulchrae ingenio vel cultu naturae eius, si suis vellet pignore fidei. Namque ad reliqua sat divites, sunt Abii libertatis pariter et paupertatis. Adstare<sup>(d)</sup> vero vel regem<sup>(e)</sup> ut coram iussis auscultet. Nam<sup>(f)</sup> et missis in hoc<sup>(g)</sup> referre volentibus erat<sup>(h)</sup> mores abios et munditas paupertatis utque<sup>(i)</sup> sit eorum invidia potioribus de plus nihil habendo. Enim arcus Abiis<sup>(k)</sup> et sagitta (quod eis totum est) et

(a) Cod. Callisthenicus. (b) Cod. *Quae munera erant filia regalis* (atque Arrianus IV. 15. ait filias) pulchrae ingenio vel cultu naturae suas, si suis vellet pignore fidai. Namque ad reliqua ut alias adducere sunt. *Abii libertatis pariter et paupertatis. Adstare etc.* (c) Cod. Et nam. (d) Cod. atq. (e) Cod. Abios.

lier adtonitas, ut credimus est, menis, conversari in regia solita, quia instinet videbatur futura praedicere, non coenire modo absenti, sed etiam somet obicit: radix et oculis motum praferentes animi, ut rediret in concussum monuit.

(f) Confer superius cap. XCII.

(g) Seilicet Abiorum. Confer Arrianum IV. 15.

(h) Confer cap. LXXXI.

(i) Huius syntaxis exemplum est etiam apud Frontonem de feris Alionisibus epist. III. ed mediol. p. 166. Num quoque si tibi fabulum hecne libenter est audire, audi.

vitae quaestus et hereditas: sola sagitta venantibus, carne altis abunde et lacte, et munitis pellibus ad tolerantiam: cetera pro opibus hospitales et loqui blanda cum moribus.

**Pharas.** Sed Pharamenes quoque Chorasmiorum  
menes et rex equites adduxerat Alexandro militatum, vi-  
cinus scythicis Unimammis<sup>(1)</sup>, in quas sibi ho-  
stes praeiret si inberetur, supra viros ut sciat  
martias. Alexander vero his Indos praeoptans<sup>(2)</sup>,  
se ait redire in Graecias<sup>(3)</sup>, ut exim reliqua eius  
belli agat. Oxum igitur et Sogdianos retractat  
turbare.

**Fontes.** **XCII.** Nuntiati<sup>(4)</sup> ibi Alexandro duo fontes  
olei et vini futuri praeagio suborti, horrore fuere pree  
admiratione: quorum qui olei erat, laboris atque  
sudoris index aestimabatur, quis mederi valet  
olivi unguentum<sup>(5)</sup>; qui vero vini, lasciviae et  
laeticiae de Dei munere<sup>(6)</sup>. Haec quippe in id  
demonstrata de post gestis adsertio est.

**Pistamene.** Dimissis ergo qui praesentia tueren  
tes opprimitur, Maracunda ipse festinat. Pistamenes<sup>(7)</sup>  
quippe, qui inde desciverat Massagetis congre-

(a) Cod. praeoptatumque. (b) Ita cod. Graeciar. (c) Cod. mu  
nito sibi. (d) Cod. unguentum.

(1) Nempe Amazonibus.

(2) Ita Virgilius Aeneid. I. 638. *Muneris laetitiamque Dei.*

(3) Recole cap. LXXXVII. p. 66. n. 1. Sane Arrianus IV. 16.  
Curtius VIII. 5. habent *Spatamensem.*

gatus insti belli facie iam agere nuntiabatur. Sed invaso castello potitum<sup>(8)</sup> praeda per Sogdianos, Phiton et Aristobolus<sup>(9)</sup> cytharoedus, qui una aulico ministerio illic agebant, egressi cum equitibus octoginta naviter satis et inpingre incursarant quae dueabantur. Mox tamen ex  
cepti insidiis a Pistamene plerique eorum et una Aristobolus oppetivere. Pistamenes vero post id fugiens conscientia sceleris in desertis caeditur<sup>(10)</sup> Cratero insecuto. Ipse quoque a suis captus ut auctor culpae arguitur, tumque Alexandre ad supplicium datur iure plectendus.

**XCIX.** Sed enim hac cura deposita Indos<sup>(11)</sup> Petrina mun  
altissima. nihil sibi noxios intentus animo petram adgre  
ditur re et nomine arduam. Id vero castellum  
est praeeruptis admodum inpositum inaccessis  
que<sup>(12)</sup> rupibus montium, quo plebs multa con  
venerat Sogdianorum, nullo indigentiae metu,  
copiis ante congestis. Ubi ergo oblata sibi ve  
nia non cessere, magnum praemium publicat  
ausuris eius saxi incensionem auri talentum  
primo, tunc<sup>(13)</sup> precium securoris.

(a) Cod. incassis quae,

(1) Nempe ad potendum.

(2) Apud Arrianum IV. 16. est *Aristonicus.*

(5) Nempe eius exercitus.

(4) Nempe in Indos. Omitit autem saepe praepositiones Au  
eter Itinerarii.

(5) Textus pro summa videsis apud Syromachum orat. pro Severe

Captur. C. Reperti omnes quadringenti viri, qui patravere rem in hunc modum. Paxillis ferreis <sup>(a)</sup> quibus pelles intendunt, praetenta face, ea parte praerupti qua fieri posset aut gelu cederet, mutuo innixi siebant: eisque subiecti paulatim omni <sup>(b)</sup> sub nocte tandem evadunt armis una, cumque luce inopini inruunt securos et inermes barbaros ac senisomnes, impeditosque mulierculis et infantibus praecepites agunt, nihil eorum paucitatis scientes donicum reliqui sese dederant, et aditu reserato quem inserabiliter obstruxerant, Alexander receptaretur et <sup>(c)</sup> copiae. Nec tamen amplius viris xx desideratis, quos ascensionem molientes, ubi loci conditio sefellisset, deiectos <sup>(d)</sup> in praeceps ne sepulturae quidem nisi nivium profunditate servarat casus aut fatum.

Alexander  
dux nuptias  
cum Roxane.

CI. Igitur his victor copiis fatus auctusque, quomodo si arte <sup>(1)</sup> Bactrianorum regis affectus opesque illic repperisset, eius virginem filiam, Roxanem nomine, magno formae merito et nobilitatis sibi coniungit. Is ille scilicet, quem

(a) Cod. paxilles ferreos. (b) Ita cod. emai. (c) Cod. ut. (d) Cod. deiectis.

cap. 2. atque in variis lectionibus Plinii in eadem Symmachii editione mediolanensi p. 64.

(1) Ita cod. Sed cuius videbatur scribendum: quomodo si in area Bactrianorum regis (Persarum) affectus opesque reperisset etc. Sic enim narratio congrueret cum Arranno iv. 19.

Darii uxor veneriae sane pulchritudinis femina non evicerit. Denique Oxyarten <sup>(1)</sup> debito sibi socii honore dignatur.

CII. Hinc dicit in aliam petram celsam statione viginti, sed sexaginta ad ambiendam faciem sunt <sup>(a)</sup>, alviabilem calli, superne aequoream vi- rentemque, soli ubere et mollitudinis divitem <sup>(b)</sup>. Chorieni <sup>(c)</sup> id castellum vocabant, regis nomine, qui illuc <sup>(c)</sup> confugerat, Chorieni. Verum quod eius saxi calcem naturali vallo munitam intueretur, id primum explet caesu <sup>(d)</sup> frondium et adgestu humi saxorumque opere pervicaci. Iam denique labore proiecto scalisque admotis, Chorienus, internuntio Oxyarta, pretium veniae victori se suosque transcritbit. Eodem merito procurationem sibi accepit quod regnum habebat, quoniam victorem exercitum non labore militiae modo adeo conperendinatae, verum hic mis quoque vi et indigentia fatigatum apparatus sui largis opibus refovisset, nec decima quidem parte totius affluentiae dispensata.

(a) Ita cod. Nam scio an scribendum facienda sunt. (b) Cod. Chorienus, et mox his Chorienus. (c) Cod. illi. (d) Cod. eru-

(1) Is erat Bactrianorum rex, ut quidem ait Diiodorus xviii. 5.

(2) Nempe divitem ubere soli mollis. Ut illud Virgilii Aeneid. VIII. 456.

Squamis serpentum auroigne poliant.

CIII. Ad haec, si qui rebellium reliqui, omnes denib[us] perditis subiugatisse repedata Bactra temque totum pore quo Callisthenes una cum insidiatoribus Persarum imperium regis suspectatus est. Hac <sup>(a)</sup> sub fine Alexandri acquisitio Persarum imperium integratum est, quo

tuendo Amyntae dato, Bactris ipse profectus retransmittit <sup>(b)</sup> protinus Caucasum quem eumdem Taurum <sup>(c)</sup> diximus <sup>(d)</sup>, nomine modo de continuatione mutato.

Taxile CIV. Undecima die quam super molitus est regis indi illuc Alexandriam <sup>(e)</sup> venit. Transmissis inde regionibus Parapapisamidum <sup>(f)</sup>, perque Nicaeam oppidum et Cophoena <sup>(g)</sup> flumen Indum petere contendit, Taxile sibi munifico, qui partes, quibus viandum, primas Indiae tunc tenebat, cumque praemittit <sup>(h)</sup> una suis paratam Indi transmissionem conatum <sup>(i)</sup>. Denique datum hostium ducem viantibus intercedere capiunt <sup>(j)</sup>: itaque perviant, multis aliis gentibus caesis et oppidis captis.

(a) Cod. hanc. (b) Ita cod. retransmittit. (c) Cod. Caucasus in ramis Taurum etc. (d) Ita cod. (e) Cod. Foens. (f) praetermissit.

(1) Cap. LXXV.

(2) Arrianus IV. 22. sit Alexandrum transmissio Caucaso remisse decima die Alexandriam quam apud Parapapisandas ipso considerat quem primum in Bactra irrueret.

(3) Nempe praemittit od coeundam Indi fluminis transmissionem.

(4) Ita omnino se habet locus in codice. Videatur autem sententia: Denique hostium ducem missum ad intercedendum capiunt. Supiescar etiam locum esse corruptum, intelligendamque Asteum

CV. Nec minus Alexander agens, si quis obturbet in sequentis sagitta etiam humerum superscribitur: Choëque <sup>(a)</sup> amni transmisso quisquis obvius sternitur: et Argacum <sup>(b)</sup> urbem incensem desperatamque a civibus instaurari procurat merito opportunitatis. Tum reperta hostium multitudine, trifariam superat iustis omnibus <sup>(c)</sup> proeliis. Duecenta denique triginta boum milia illic capta formae merito destinat una captivis Macedoniae cultum agros suorum et suosce <sup>(d)</sup>.

CVL. Tum conperito gentes Accas quadraginta milia armavisse, per amnem Poturaeum <sup>(e)</sup> in mil. eos <sup>(f)</sup> ire festinat: iisque <sup>(g)</sup> in oppida discessere in id longe ante munita. Sed enim castra eminus molientes inruunt Graecos: hique <sup>(h)</sup> astu cedere simulant: converso deinde <sup>(i)</sup> agmine sternuntur: pars muro clauduntur omni praesidio munitissimo. Sed enim res haud in facili erat dupli septu <sup>(k)</sup> munitos accedere: et ibi deni-

Plures  
Alexandri  
victoriae in  
India.

(a) Cod. Ctesias. (b) Ita cod. omnibus. (c) Cod. Machado cuius.  
Agros suorum et suosce. (d) Ita cod. eu. (e) Cod. cipri.  
(f) Cod. hinc. (g) Cod. denique. (h) Ita cod. nisi est mendax  
pro sepa.

unum e praesidiis indicis quem praemitti cum Taxile Macedonem quidam in urbe obsecsum interfeuerunt, uel narrat Arrianus IV. 22.

(1) Ita cod. Variat autem hoc voculum apud Arrianum IV. 25.  
"Αργακα," Αράκα, "Αράχα." Apud Cartium item VIII. 10. *Acer-  
deria, Acadaria, Acadira, Adaca,* Adace.

(2) Hunc annensem dicit Iuzephe Arrianus IV. 24.

que Alexander crus sagitta vulneratur. Sed die quarta belli in opere p[re] muro interfecto rege se dedunt. Idque Alexandro volenti admodum fuit, ut commilitio accederent. Sed ubi producti fidem mutant, vallati caeduntur.

Baziphara et Hora  
urbes eas  
accarum eas ad obsequium ductum iri. Sed

his loco magis quam exemplo fidentibus, ipse utramque urbem, quamvis impigre obluctatas, Baziphara sive Horam <sup>(a)</sup> nullo negotio transiens capit: quamquam Bazipharae viri contemptu paucorum advenas irruissent. Ubi tamen plerique cecidere, quisque evaserat petram munitissimam confluent.

Arx multissima  
capitur.  
CVIII. Is locus petrae ducentis stadiis circumimitur, erigitur decem, aditu tenui, mollis in culmine, et fontium scatens, patiensque industriam mille hominum r[es]cularum <sup>(b)</sup>. Igitur e[st] veniens capit plurimas civitates. Tum petram adgresso obsidionemque molienti transfugae duces copti moliminis viam praeeunt ei insensus. Itaque capti deductique praedae fuere qui bello restiterant.

Alexander  
der  
venit  
ad flumen  
ros <sup>(c)</sup> indos oppressisse studio fidentiore, et ele-  
indum.

(a) Ita cod. ac superius *Horae*. (b) Ita cod. nisi maxis r[es]culda-  
r[es]. (c) Cod. Sacramentor.

phantes suos per silvestria amandasse; ubi eo venit, muros desertos incensamque urbem videt, et dilapsos omnes qua tutius lateant. Quare aliis persecutione legata, quae sitis eorum elephantis <sup>(d)</sup> et captis, Indum cum exercitu venit, et his quae longius sunt necessaria copiis reperta transitui substantia <sup>(e)</sup> non sera transmittit <sup>(f)</sup>.

CX. India omnis orsa e septentrione, amplexaque omne quidquid est persicum <sup>(g)</sup>. Aegyptum usque Aethiopasque continuat. Ipsa vero extrinsecus ubique oceano munitur, interfluo mari Hippallo <sup>(h)</sup> <sup>(i)</sup>, cuius sinus Persas includit. Sed enim nomen hoc Indiae late dispersum multarum admodum gentium est ferox praecipue beluarum inter odora gignentium <sup>(j)</sup>, qui sunt elephanti draconesque iugerales: nam pardi leonines vel tigres iuxtim haec cicures fuant.

CXI. Ea vero tempestate quam loquor potens Indiae Porus erat, stupendus satis supra

India  
descriptio  
brevia.

Porus  
vincitur.

(a) Ita cod. ac superius *elephantes*. (b) Cod. *substantiam*. (c) Cod. *persicum*. (d) Ita cod. *persicus Hippallo*. (e) Ita omnino codex. (f) Cod. *quam*.

(g) Seruo est de navibus et ponte iussu Alexandri in flumine Indo constructo. Confer Attianum in eccl. libri iv.

(h) Hoc mare dictum est hippocallum (neu hippocallum) ab Hippalo gubernatore qui primus per altum navigavit. Lega Attianum peripl. Erythr. ed. Amt. 1683. p. 174. Vide et Plinius vi. sect. 26.

hominum magnitudines, neque vero ingenio inferior quam artuatus<sup>(1)</sup>. Is ubi scit, Alexandrum ad sese moliri iter<sup>(2)</sup>, absit obnuntiat: sed incitat mage, acrique bello superatur et capitur. Receptus tamen ad amicos Alexandri merito virtutium<sup>(3)</sup> procurare quod<sup>(4)</sup> erat rex recepit. Ita pars est virtutis, ea<sup>(5)</sup> quibus prae fueris ut potior<sup>(6)</sup>, aequa sane nunc mox cessisse potiori: quoniam quisque mediocritatis est agnitor satis fecerit sese noscendo.

Petra Aornis. CXII. Exim magnas Pecanum et Musicanaum regiones exsequitur, ac sibi congregat. Petram quoque qua Aornis<sup>(7)</sup> vocatur affectat, cuius proceritudo sunt stadii quadringenti, supra cultoribus dives haud minus locupletibus quam securis: et est ei nomen ex celsitudine, quam nec alites supervolitent. Sed enim hanc<sup>(8)</sup> quoque optinet fixu vectum<sup>(9)</sup>, via scansili ac insidiis appetitam<sup>(10)</sup>.

Macedoni ex exercitus que relæ. CXIII. Iam<sup>(11)</sup> de magnitudine belli ortus est questus cum primatibus, quod ultra gentes bello

(1) Cod. uno vocabulo *magnitudo*, quod mendum indicavi. (2) Cod. his pro ea. (3) Cod. patior. (4) Ita cod. at Arriano est "Ages". (5) Cod. hic. (6) Cod. *accidens* *poteritum*. (7) Cod. *nauis*.

(8) Note novum significacionem vocabuli *artuatus*, nisi forte scriberendum est *artibus*.

(9) Ita cod. Est autem nota grammaticis et haec terminatio.

(5) Ita cod. pro id *cuius*.

(4) Cod. *vocatum*.

idoneas coegerisset experiri. Quo<sup>(12)</sup> adversum eas animo arderet? Milites vero ad haec ultra laborem et pericula deprecabantur: annos XIIII, vulnera et suorum desideria numerantes. Data igitur fessis quiete, volentibus utitur. Succenturiari tamen dimissis alios e patria iubet. Itaque victoriae avaritia usus oceanum venit.

CXIV. Ibi quoque inmodicus cupiditatis, quoniam<sup>(13)</sup> in navibus textis periculum vellet facere naturae, et quid sibi vel quisque id vellet ultra liceret. Verum repente cum flatu violento rediens haustus oceani solito vehementior omnes ad hoc paratos inter naves confligit et mergit. Neque agnitu difficile id erat, Deos voto refragari, quibus quamvis ipse obniti negat, nequid impium audeat temptare; mittit tamen promptos audaciae, nihilque regi audentes negare Onomarchum et Neona<sup>(14)</sup> (congestis navi quae cuique sic volenti in longum usui necessaria) uti circumputato oceano comperta nuutiarent.

CXV. Quippe Alexandrum animo fuisse ad appetentias rigido et indomito, hic quoque considerandum reliquit. Erat civitas Indiae, quam<sup>(15)</sup> audacia.

(12) Cod. *coegerisset experiri quae*. (13) Cod. *quoniam*.

(14) Ita cod. Hos alli appellant *Nearcham* et *Onescitum*.

(15) Nempe in quam. Confer cap. XCIX. n. 1.

multi confugerant, magnitudine nimia et firmitudine inexpugnabili. Quam ubi Alexander ob-sidione adoritur, iubet fieri scalas pro muro praecelsas: easque admotas cum grandibus saxis desuper frangerent repugnantes, sola perdurant qua rex una duobus satellitibus evicerat: ipsum quoque multis desuper ut qua quisque poterat retrudentibus. Et quamvis scalas omnis suorum comminui vidisset, neque ullo sese ideo auxilio periclitatum, irruit tamen unus omnia hostium milia, una praedictis (Peuce <sup>(a)</sup> scilicet et Ptolomaeo) qui cunctantem <sup>(b)</sup> multitudinem protinus urbis eius in sese convertit.

Alexander summo patitur vita discimus, et recepto altius ferro defici <sup>(c)</sup> viribus occoepisset. Id Macedones coniectati qui foris rem agebant, metu nequid ulterius (occupatis in regem intramuranis universis nec desuper prohibentibus siquis irrueret) vi claustra effringunt, suppetiatique in tempore iam regem sui recipiunt dissidentem. Facti denique mox ex indignatione saeviores indiscretius dextris in aetates et sexus vires optinent internicione omnibus caesis.

(a) Hunc alii dicunt Peucetum. (b) Videlut corrigendum coquuntur. (c) Cod. decipi.

**CXVII.** Exim constanter suadere milites regi conspirant, ne sese ulterius periculi vilitate dampno tamen in proeliis abuteretur tanti prodigus <sup>(d)</sup> sanguinis: obtinentque ne ultra, verum Babylonum ut redeat: Babyloniisque multo cum honore suscipiunt. Per septem denique dies Alexander eo regressus Diis sacrificio operatur, quos fortunae gratius <sup>(e)</sup> repensaret.

**CXVIII.** Post id conviviis et voluptatibus comitoribus <sup>(f)</sup> causam morti hinc dedit. Morem sibi proceres exercitus fecerant, uti munus sese conviviis acciperent. Nam cum forte apud Medium convivarent comedassatione se illis convivam <sup>(g)</sup> Alexander facit. Statim deinde <sup>(h)</sup> Herculis Medios scyphum offert ad vina: neque is honorem Dei nomine aspernatus, poculum compleat stringitque continuo <sup>(i)</sup>: eaque tantarum virtutum viro causa ad mortem fuit: ut quem tot bellis adversa vulnera non vicerant, sub fati invidia iuvenilis confidentia solveret.

**CXIX.** Cuius ne casus priusquam laudium <sup>(g)</sup> memor sim, ea quoque ponam hic quae per diligentiam laboravit. Quippe quamvis bellorum ultra pertaesus consulenti per se <sup>(k)</sup> exercitui concederet, bono tamen labori nihilum peper-

(a) Cod. tanta prodigi. (b) Cod. gramine. (c) Cod. comitioribus. (d) Cod. convivio. (e) Cod. denique. (f) Cod. comedimus. (g) Ita cod. Confer. cap. cxii. p. 73. n. 1. (h) Ita cod.

cit. Electo denique sibi ad eiusmodi patientiam comitatu, ad Herculis stelas<sup>(1)</sup> famae iactantia persecutus est diebus nonaginta continuis emensa via.

CXX. Dignam quidem illam rem pretio tanti laboris, si quis aurem ad fidem dicentis inclinet<sup>(2)</sup>. Si quippe tituli alter auro pingui alter argento<sup>(3)</sup> proceritudinis erant xiiii cubitorum, crassi vero per quadrum cubitis binis: adeo immenso pondere, ut eius periculum ipse rex fecerit terebrata crassitudine auri eius, cuius dampnum milie quingentis mox aureis inferciverit<sup>(4)</sup>. Verum exim revertens praerupta per loca caelo inlucido ut iuxtim se viantes vix mutuo noscerentur, tandem Thermodonta aminem<sup>(5)</sup>.

*Bellum desiderabantur.*

(1) Praetor celeberrimas gaditanas, indica etiam Herculis columnas memorauit a Strabone III. p. 171. Sed quoniam Alexander a columnis redire venisse dicitur sed Thermodonta (esp. cxx.) heio omnino intelligenda sunt columnae Herculis in Ponto, de quibus extimum testimonium extat Sevili ad Aeneid. xl. 262. *Columnas Herculis legimus et in Ponto et in Hispania.*

(2) Nota praelucrum historici nostri iudicium, qui hunc narrationi vix fidem adiungendam pronoscit. Quamquam gaditanas quidem columnas adire in animo fuisse Alexandro constat ex Curtio x. 4. Diodoro XVIII. 4.

(3) De columnis Herculis ex auro argentoque concreis conseruatur Philostratus vir Apoll. V. 5.

(4) Comparantur que scribit Cicero de divin. I. 24. super columnas aures in fano Iunonis Lesciae ab Hannibale terebrata, degus insula que ex eo auro extremitate facia sit.

(5) Quoniam huius narrationis desiderantur, facil conjectura adsequetur, si leges apud Iulium Valerium in III. libro epistola Alexandri ad Olympiadem.

## ITINERARII VOCABULA ALIQVOT

QVÆ VIDENTVR ADDENDA

## LEXICO FORCELLINIANO.

*AEGIDIUS FORCELLINI* præstanti lexico perutilem super appendicem attexuit vir romanus linguae peritissimus studiisque optimis pollicissimus Iosephus Farlantetus, quem e nostris quoque editionibus aliquaque symbolum corratisse comprimimus. Nunc vero egregio novum regitem vocabulorum tam ex Itinerario tam annalistiorem deinceps ex Iulio Valerio suppeditamus, quibus pro uno excellente iudicio perspiciens ad forcellinianam horream, si liberis, locupletandam utatur. Diligenter autem vocum vestigationem eiusdem sagacitati permisimus, itemque plurimorum motiorum notationem, quæ ad latinas syntaxeos varietatem et copiam non mediocriter conferant.

Administrabundus, a, um cap. 21.	Displicio, is 45. <i>Coatiles emendationes.</i>
Aguitor, oris 111. (1)	Fixus, us 112.
Agricior, oris 62.	Gradibilis, le 75.
Alphitum, le 49.	Graecior, arum 96. et apud I. Valerius III. 5.
Alviabilis, le 102.	Inimitatus, a, um 20.
Animanda pro animalia 77.	Inseparabiliter 100.
Blanditor, oris 90.	Interpelatus, us 51.
Cæsus, us 102.	Intercantes, entis 51.
Cidar neutrum aut indeclinabile 64.	Misus pro vir missus 2.
Ciresumputo, us 514.	Obnitus, us 41.
Comiculator, oris 49.	Obsidialis, his 47.
Contivis vel contrivis 19.	Penetrabilis ads. 29.
Continor, oris 14. nisi est mensum.	Peramicus, a, um 56.
Dignauntissime adv. 24. (2)	Periancos, antis 78. nisi est mensum.
Dinosebilis, le 50.	Dinosebilis.

(1) E sacris Biblis Eccl. VII. 5. landat Geometer suo, thebanus.

Iug. rom. Forcellinus collectavit in expulsis.

(2) Dignauntissimum est apud Salsianum. Forcellinus in expulsis

Perpunguis 45.  
 Pervio, us 104.  
 Praeopi, isti 84.  
 Praeoppi adū 58.  
 Fragmentum, ti 77.  
 Retrassimtū, is 105.  
 Ruscula, u 108.  
 Septus, us 106.  
 Simulamentum nunc denique  
   certa suoritate firmarum  
   vocabulam 65.

Subagellinus, a, um 45.  
 Suppetili, le 76.  
 Trabilesula, g 77.  
 Tuheracens, entis 14.  
 Visahundus, a, um 57.  
 Unimamma, w 96. Confer et  
   *I. Valerianum III. 82. Apud*  
   *Plautum Coreul. act. 5. v. 75.*  
   *habetur Unimamma, vel*  
   *Unowamnia.*

Siquis deniq̄us pro vel, quod passim nūhi displacebat, ma-  
 nus retinare ct, iure suo utatur.

---

## RERVM PRÆCIPVARVM IN ITINERARIO

## I N D E X.

Numerorum nota indicant capita.

Abiorum seycharam legationes 81. 95.  
 Alexander Aeropī filius auctor insidiarum 25.  
 Alexander M. genas, figura et virtus bellica 12 — 15. exer-  
   citas quo traectis in Asiam 17 — 18. amicitia fidentissima 30.  
   humanitas 24. 37. dicta 37. 44. castitas 37. virtus 19. 13. 39. 92.  
   iter ad Hercolis columnas 119 — 120. mortis occasio 118.  
 Alexandria Aegypti coulisse 48 — 49.  
 Amyntas praeposuit imperio persico 105.  
 Antipatro procurario Macedonie et Peloponnesi mandator 17.  
 Aornis pecto 112.  
 Arsacidae τραχεταις; 89.  
 Besus insignia Daril recipit 69. et nomen Artaxorxit 72. ca-  
   pitul 78. necatur 83.  
 Boum ducenta et triginta milia ex India in Macedoniam  
   misita 105.  
 Callisthenus monita 93. Idem de coniunctione suspectus 93. 105.  
 Caucasus describitur 75.  
 Chorieni deditio 102.  
 Clitus Alexandri sorbitator 22. occiditur 91.  
 Constantini pater et frater Constantii imperatoris 4.  
 Constantius Alexandro comparatus 9. Constantii persica expe-  
   ditio 4. figura 15.  
 Cydnus annis describitur 28.  
 Darii familiis capiunt 55. Darii litterae et legationes 39. 45.  
   Eiusdem mors 69.  
 Flaminus vanescientia 37.  
 Fontes calidi apud Hammonis forum 52.  
 Fontes duo alter olei alter vini 97.  
 Gaza obdolatur et capiunt 45 — 47.  
 Halicarnassi regina dicta mater Alexandri 24.  
 Hammonis fontes describuntur 50 — 52.  
 Hercolis seyphus 118. columnae 419 — 420.

*Hermolaüs coelaturio* 93 — 94.  
*Iudi annis transmissio* 109.  
*Indiae descripicio* 110.  
*Macedoniam clades* 86. *querelaes* 115.  
*Mare hippallum* 110.  
*Olympia filium comitatur Amphipolis usque* 18.  
*Onomarchus et Neos oceanum circumputant* 114.  
*Orphoi status sudat* 17.  
*Oxi amnis transmissio* 77.  
*Pausanias caelitur cum tribus filiis* 12.  
*Persarum imperium integratur Alexander* 105.  
*Petræ munitiones capiantur* 100. 102. 108. 112.  
*Pharamenes Chorasmiorum rex* 96.  
*Philippos medicus Alexandri* 50.  
*Pigras, nempe Tigris* 55.  
*Pitamenes captiuit* 98.  
*Pori bellum* 114.  
*Prodigium* 46.  
*Fuga ad Graeciam* 19 — 25. *ad Istram* 52 — 55. *ad Arberium* 57 — 65.  
*Roxana Oxyartas filia nabit Alexander* 104.  
*Sal fossili apud Hammonem* 52.  
*Satrapae VII. Asiam praestendentes* 19.  
*Scythae trans Tauram* 84.  
*Siti et morbo laborant Macedones* 85.  
*Somnus piagnorii Alexandri ante pagnam ad Istram* 54.  
*Tanais Alexandri* 79.  
*Taurus ubi pomo fatalis* Alexander 26.  
*Taxiles rex indus* 104.  
*Terentii Parronis ephememeris ad Ga. Pompeium* 6.  
*Tigris, nempe Pasiotigris* 66.  
*Traiani illustrarium* 4.  
*Tyri excidium* 42.  
*Urimanniae sive Amazones* 96.  
*Xerxis regia inflammatur* 67.

IVLII VALERII

# RES GESTAE

## ALEXANDRI MACEDONIS

TRANSLATAE EX AESOPO GRAECO

PRODEVNT NVNC PRIMVM

EDENTE NOTISQUE ILLYSTRANTE

ANGELO MAIO

AMBROSLANI COLLEGII DOCTORE.

MEDIOLANI

REGIES TYPIS.

MDCCCVII.

## EDITORIS PRAEFATIO.

I. QUANQVAM in re historica sincerum et simplicem scribendi genus me prae ceteris adamare nuper quae ediprosfessus sum<sup>(1)</sup>, tamen inventas Iulii Valerii in annis, retulerosinno codice<sup>(2)</sup> valde fucatam et redundantem historiam, nullus plane dubitavi quin si protinus ederem, bene mereri de ea facultate viderer. Et de scriptoribus quidem tum Aesopo a quo graece conditus liber est, tam Iulio Valerio a quo ad latinos translatus, nihil fere habeo quod dicam, quum funditus omnem notitiam aetas deleverit. Sed enim ipsius scripti vetustas (ut iam de codice ambrosiano sileam qui mille ferme abhinc annis exaratus est) luculententer se prodit, quoniam vel Julius Valerius, vel certe Aesopus id opus adornabant vigente etiamnum Alexandriac templo Serapidis<sup>(3)</sup>, incolumique Alexandri tumulo<sup>(4)</sup>, eiusdemque die mortuario sollempnibus adhuc ritibus in ea urbe sacratio<sup>(5)</sup>. Iamvero quum Serapeum anno post Christum natum ccclxxxix. Theodosii imp. edito solutum esse constet<sup>(6)</sup>; divus item Ioannes Chrysostomus Alexandri sepulchrum de medio sublatum eiusque annuum me-

(1) Praefatio ad Itinerar. esp. iv.

(2) Eadem praefatio esp. ii.

(3) Julius Valerius lib. I. esp. xxxi.

(4) Idem lib. III. esp. xciii.

(5) Idem lib. III. esp. xcviij.

(6) Macroellius Comes in Chronico Timasio et Promoto eoss.

moriā inter homines extīctam sua iam aetate teste-  
tur (1); sequitur ut hanc historiam seu latine seu certe  
græce omnino ante id tempus conscriptam putemus.  
Etsi autem e duobus argumentis, quae dixi, tantum-  
modo arguās, hanc historiam saltem primitus, nempe  
græce, post illud saeculum non esse conjectam; tamen  
omissa græci exemplaris quod perit mentione, si quis  
interpretis Iulii Valerii stilum et quasi formam conside-  
rabit, is hunc etiam latīnum auctōrem intra tertium aut  
quartum christiani aevi saeculum prorsus continebit.  
Vocabula enim et elocutio et tota scripti natura (siquid  
sensu callemus et aure) illam utique aetatem clamitatē  
videtur (2).

Eisdem lānū in his rebus habetū) iam ipsam Iulii Valerii hi-  
storicā facultatē breviter consideremus. Primum  
quae sit, videtur ab ē generē Itinerarii. Id autem nūb̄ ob inge-  
niū diversi auctōriū contingat (quippe ego Iulium  
Valerium Itinerarii parentem esse non rebar (3)) an in-  
terpretatiōnē naturā, an alia quavis de causa nondum  
explico. Sane Iulius Valerius valde se a consuetudine  
compendii abstractit, sonatque contrarium Itinerario: tuum Iulii Valerii ad illud collata longe fluentiōr quae-  
dam splendidiōr quo dicendi copia est, multoq; rotun-  
dius et molliorib; numeris expletur sententiae. Quan-  
quam reipse in Itinerario plena est animi ac vigoris et  
incitata et vibrans oratio, at Iulii Valerii humaniōris  
mūsae interdūc flaccescunt. Iam quām duo sint genera  
historiæ: unum quod particeps est artis, alterum quod  
arte caret; est ars quidem in Aesopo vel Iulio Valerio

(1) Locum Chrysostomi videsis inferius ad lib. III. cap. xcii.  
in nota.

(2) Iulium sive Valerium ante hanc aetatem floruisse non  
arbitror. At Aesopum multo fortasse antiquiore quis iure negat?  
præsertim si nullum remotioris antiquitatis non est indicium  
quod nos ex libri III. capite LXXXVIII. proferimus: cui  
tamen indicio parum fidendum existimamus.

(3) Praefatio ad Itinerar. cap. vi.

qui commentatione sua res scribendas adornat; caret  
arte Auctor Itinerarii qui cognita per se vel tradita,  
litteris commendat. Immo eluet in historiac latioris  
scriptore mirabile illud Graecorum ingenium, quo va-  
riat et mutat, omnesque scribendi tum narrans tum  
dissenserit persequitur gradus: adeo ut saepe non tam ad  
historicorum morem quam ad rhetorū pompa pese  
ornare videatur. Conclaves igitur, epistolæ, edicta,  
disputationes, carmina et oraculorum effata et  
lapidum inscriptions in hoc Auctōre dominantur, nec  
est artis in eo moderatus usus oratoriae. Quippe is ab  
ea varietate non discedendum putavit, quam Herodotus  
et Thucydides et Xenophon et Diodorus ac Dionysius  
affectaverunt. Etsi autem ad haec divina exemplaria  
nihil fere ex omnium temporum litteris, nedum no-  
strum Auctōrem, comparandum putamus, multa tamen  
ubertas nec contumenda silva dicendi apud Iulium Va-  
lerium est.

III. Verum enimvero qua ratione vel quatenus Iti-  
nerarii Iuliisque Valerii elocutio a se mutuo differt, libri sum-  
id demum eruditis definiendum ultra concedo. Illud marum,  
probe exploratorium est, duo scripta haec in immensi re-  
rum diversitate versari. Quod ut protinus hat palam,  
in mentem quiesco lectores revocant Itinerarii seriem et  
summanū, tum Iulii Valerii delibata capita, quae paucis  
heic a me percurruntur, ne graventur cognoscere. Iu-  
lius ergo Valerius narrat Alexandri genitū et puerili  
eruditione (quae pars historiæ a me editione propter  
codicis ambrosianū lacunam abest) olympicos pandit  
agones, ibique octo regiorum iuvenum competente  
facit Macedonem, eundemque curulis simul Victoria fau-  
stoque vaticinio elatum in patriam reducit. Ibi quum  
Philippus Olympiadi uxori Cleopatrā pellicem impor-  
tune superducere, Valerius prudenti sive persona Ale-  
xandrinū induit, a quo primum amarioribus dictis, mox  
eloquentia lenissima Philippus pater ad saniorem men-  
tem retrahitur, atque in Olympiadi coniugio retinetur.  
Tum urbem Mothanam rebus novis studentem oppri-  
mit Alexander, et Persarum satrapas negato tributu ob-  
sequio Macedoniā exigit. Sequitur apud Iulium Vale-  
rium Philippi mors, scenico prope more recitata, cum

Pausaniae integratoris suppicio: post quae iam rex Alexander Macedones ceterosque Graecos concione in Persam extimulat, veteranos in armorum studio confirmat, militem novum scribit, navigia instruit, pecuniam et commeatum conficit, tum Thraciam et alij aut occidentis regiones victoris specie percurrit, et denique ad Elysam atque Aegyptum classem appellit. Heic vero pars historiae subtextur, meo quidem iudicio pulcherrima, nempe peregrinatio ad Hammoneam, et praesertim urbis Alexandriæ natales, quos nemo quisquam ante Iulium Valerium neque tam recondita eruditione, neque diligentia tanta, neque pari fortasse prolixitate litteris consignaverat. Quippe et oracula copioso carmine edita, et prodigia nascentem urbem auctoritate firmantia, et mirandi aedificii constructio, atque cum aliis uribus maximis comparatio, religionumque Agathodaeonius, Protei, Serapidisque descriptio, plura que eiusmodi magna lectorem tuu voluptate perfundunt, tantu[m] doctrinâ augent. Aegyptiis rebus peractis, ad Tyri moenia ducit Alexandrum Valerius, quam urbem postquam rex per litteras frusta monuit, mox capit exadiquo subvertit. Hinc luculentae et magnificae sequuntur litterae Darii, Alexandri atque satraparum, quae antiquam illam ex graecam scribendi gloriam quodammodo suscitant: veterum enim Valerius interdum est similis. Post mutuas provocationes et minas, atrox Macedonum Persarumque certamen consensi necesse erat, quod Valerius satis probabili facultate describit. Pulsus in fugam Darius dum ad bellum instaurandum infinitas copias contrahit, interim et ipse Alexander novis auxiliis querendis deditus Asiam minorem Graeciamque concursat, Orhei sudantem statuan miratur, Achilli ad Ilium muneribus versibusque dictis parentat, et ad maeotican usque paludem arma transfert: indequ redix agrigentium Aetoliæ oraculum adit, Thebas resistentes expugnat, neque auloedi flebili cantilena cohobitur, quoniamur urbis excidium peragi iubeat: quamquam paulo post thebani athletæ merito, qui ludis corinthiacis spectante Alexandre vicerat, urbem restituâ frequentarique permittit. Atque hactenus primi libri contextus excurrunt.

IV. Magna vero pars alterius libri senatorio et gravi orationum genere continetur. Nam quum Alexander magistratum quandam Platæis violasset, idque gravius Athenienses tulissent, magnum inde discordiarum incendium exarsit: quo factum est ut et Alexander pluribus litteris cum Atheniensibus expostulaverit, et in celebra per urbem concione de bello in Macedones decernendo deliberaverint. Ac Demadis quidem lingua, quasi flabellum seditionis, iras magnopere ventilabat; verum Aeschines atque Demosthenes rem ita composuerunt, ut Alexander, pace Athenis impedita, calamitatem belli Lacedaemonia transportaverit: cuius urbis fastupresso, Darius sibi denique bello internecivo exterminandum proponuit. Tum Iulus Valerius Persarum nobis curiam reserat, in qua Darius de re summa sollicitus satraparum rogat sententias, fratrisque Oxyathri oratione ad bellum totis viribus debellendum corroboratur. Interim Alexander Ciliciâ occupata morbum ibi juvenili confidens contractus agre sustinet. Ab hoc autem loco ad Darium supremo proelio proligatum lacunæ codex laborat. Deinceps oratoriis ornamenti denuo Valerius indulgens, litteras ad Forum Darii, huius morientis cum Alexandro colloquium, duplex Alexandri ad Persas edictum, litteras denique mutuas Alexandri Rogodunisque, quae Darii mater fuit, consuetu stili facilitate configit, et Darii filiam Roxanam Alexandro collocat in matrimonio, qui est exitus secundi libri.

V. At vero tertius extremusque liber res indicas  
Alexandri multi generis multaque eloquentiae comple[ta] libri sum-  
mittitur. Ecce enim statim Alexander suos ad belli patien-  
tiam oratione cohortatur. Mox Porus minaces litterae  
cum Alexandri rescripto recitantur. Tum gravissimo  
proelio conserto, Porus etiam singulari certamine ab  
Alexandro conficitur: quo casu simulque prudenti Ale-  
xandri concione moti Indi pacem faciunt. Hinc Brach-  
manas adit Alexander, miroisque philosophiae sensus  
non solum ab illi audit verum ipsæ quoque disputat.  
Exiit Iulus Valerius epistolam non mediocrem ad instar  
voluminis elaborat, qua de itineribus suis per Indianum  
et Persidem Alexander Aristotelem certiorum facit. Post

Secundi  
libri sum-  
marium.

Terti

marium.

haec Alexandrum Auctor in Samiramidos regna ducit, quorum ex tempestate potiebatur Candace. Iam res cum Candace regina agitate non modicam huius libri partem constituant: atque ut quedam in ea narratione languidiora videntur, ita locorum aedificiorumque descriptiones mirabiliter placent. Ab eo regno decedens Alexander Deorum repente praesentia consortioque fruatur. Dehinc inter Amazones indicas et Alexandrum missitantur epistole, donec cum martis his feminis amicitia foeduaque sancitur. Ecce autem et Aristoteles brevi quidem sed magnifica epistola tantos bellicae rei successus Alexandro gratulatur. Numquam verborum egens Valerius prolixam item epistolam Alexandri ad matrem communisicatur, quia pars reliqua eius itinerum ad Herculis nempe columnas, ad Amazones ponticas, ad Troglodytas, ad urbem solis, ad Tanaim, ad Xerxis Cyrene regne perscribitur. Tum deum Alexando Babylonem reverso, ad mortem eius tragicis sublateisque dicendam tetri portenti apparatu viam sibi munit Valerius. Qua etiam narratione peracta, corpus Alexandri Iovis moniti in Aegyptum velhendum curat: quo tumulato, testamentum quoque Alexandri profet, cuius nimirus tenore moles illa maxima macedonici imperii in praefecturas et regna tributa est. Ad extremum definita aetate Alexandri, numeratis victis populis urbibusque ab eo conditis, eiusdemque annua memoriam Alexandriae dedicata copiosissimae historiae Valerius finem imponit.

**Historia** VL Tot tantaque Iulius Valerius quam in suum opus haec saepe intulerit, quis dubitet hunc quoque historicum optime fabulosum. meritum esse de Alexandri nomine ac dignitate? Non enim saepe videtur ornatus iisdem fere laudibus atque Curtius? Sed uno maxime vitio Valerius premittur, quod multis figurorum vestigiis suam historiam impressit. Etsi autem ne graves quidem historici (Herodotus exempli causa vel Plinius) hac labe carent; et si Dionysius Halicarnassus (<sup>1</sup>) plerosque historicos antiquissimos in pervagatis fabularum nugis impune versatos esse tradiderit; idque et quedam excerpta auctorum praec-

(1) Iudicium de Thucydidis historia cap. v. et vi.

sertum barbarorum in Eusebiano chronicō (quod brevi  
et Zohabī nostrūque opera proditūrum sp̄ēramus) pri-  
mī operis capitib⁹ demonstrata sint; mente tamen  
ac cogitatione prospicio, fore ut nimis Valerii, seu po-  
tius Aesopī, credulitas, immo et fingendi libido, in  
multas ac variis aetatis huius sp̄ērārē, reprehensiones  
incurrat. Sed enim quis denū nescit errāisse olim  
multis in rebus hominum ingenia, quas vel usu iam  
vel doctrina immutata vidēamus? Quid item omnem er-  
rorem statim dicere audeat? Illud præterea me re-  
creat, quod hic Auctor, et si identidem mendaciusculis  
et commentariis ligamentis inquinat⁹ est, nihilominus  
auget historiam et conditionem. Nequo enim ipse ad  
Achiliis Tatī vel Heliadori vel Longi morem se totum  
in labilis ingurgitavit. Qhamquam Graecorum ingenia  
hīs temporibus coepérant in eiusmodi hisibus audaciū  
exultare: nūn et hi faciat Eroicorum scriptores, si  
minus ab Aesopī, certe a Iulii Valerii aetate valde ab-  
esse non videntur. Esto igitur. Dicit aliquis Valerius  
quac̄ nō potest adduci ut credat; semel etiam non  
re solum verum etiam temporibus errat<sup>(2)</sup>; non ille id  
circa omnes rumorū et fabularum ventos colligit. Ve-  
tustissimi de Alexandro scriptores, immo et eisdem  
aequales, quantis ac vanitibus tradiderint circumfe-  
rendos, alio in loco docere me memini<sup>(3)</sup>. Quibus si  
addas sequitorum statutū auctores arabes, armenos,  
persas et indos, barbariores latinos agnoscilos, ni-  
hil impurioris Alexandri historiæ arbitraberis<sup>(4)</sup>. Isti  
enim nūm pama fere suspicantes quale sit sincere id est  
historice scribere, nullius commentarii absurditatēs re-  
cussaverunt. Valerius contra raro tollit funditus veritatem  
et fidem, quamvis saepe paulo pervertat: quin in omni  
fabula insunt, quasi laminæ argenteolæ, veritatis ali-

(1) Vide lib. I. cap. xvii. cum nota 2.

(2) Praefat. ad Itinerar. cap. iv.

(3) Confer Sancticerium Exam. des historiens d' Alex. p. 167.  
et seqq. nec non Herbelotum biblioth. orient. voc. Escander. De  
historia Alexandri armensia vide item meam praefationem ad  
Philosphaera etc. part. III. cap. vi. p. 74.

cius vestigia. Unde ortae sint narrationes de Alexandri in Italiam adventu, deque hasta in Tanto monte defixa, suis locis docui<sup>(1)</sup>. Ab Alexandro de itineribus suis scriptas litteras ad Aristotelem satis exploratum videtur, ad Olympiadem utique certum est<sup>(2)</sup>; quod vero his fabulæ admixtæ fuerint, partim ipsius Alexandri errore factum constat<sup>(3)</sup>, partim vero historiorum libidine. <sup>4</sup> Universa illa Candacis regnae historia fortasse ex eo nata est, quod Iustinus<sup>(4)</sup> itemque Curtius<sup>(5)</sup> Cleopheidem regnam indicant rebus Alexandri gestis implicuerunt. Hac autem conjectura dico ut suspicandum, quod Iulius Valerius nullam Cleopheidis mentionem intulit. Ego denique scriptoris mei logos non nullos, qui plane ad fabulosum dicendi genus pertinere videbantur, formis etiam litterarum diversis (quas italicicas vocant) expressi. Neque tamen alias particulas esse nego, quibus fidem iure quis deroget; sed quoniam eae sunt ciuismodi, quarum similes complures apud probatos auctores aequo animo ferre solemus, idcirco nul lam iis apertiores notam falsitatis imputanda putavimus.

**Historia** aliquot praeterea quaestiones dignae, antea ut arbitror, commovere. Et primum, quoniam superopus fuit riore loco antiquitatem eius, qui hanc historiam con patria Ale ciusdem quoque patriam breviter vestigemus: quae, meo quidem iudicio, ex eiusdem Auctoris verbis plane cognoscitur. Is enim lib. I. cap. xxv. sic loquitur: *Videt insulam scimus peribream rex (Alexander), cui mons Pharus esse cum diceratur, coluisse vero Pharam etiam Prætor; confusam etiam ibidem cerneret Protor sepulchrum: id quidem protinus et reformari ad faciem novitatis et coll religiosas man-*

(1) Lib. I. cap. XVI. n. 2. et cap. LVI. n. 2.

(2) Arianius vi. 4. Athenagoras legat. esp. XXXVIII. Minutius Felix esp. XXI. qui ei insigne volumen dicit. Tertullianus de palio cap. III. Augustinus de civ. Dei VIII. 5. 27. qui XII. 10. haud certusse fabulis dicit.

(3) Arianius lib. VI. 2.

(4) XII. 7.

(5) VIII. 10.

dat: exinde civitas Pharos est: clavis mos ad nos natus pro lapso Sacrum inter nostros Heros dicitur. Quae quidem postrem verba quisnam alius diceret præter quam Pharis civis aut Alexandrinus? Adde, quod nisi quisnam hic Auctor vel doctio est vel acque ferme prolixus quam in rebus Aegyptiis et præsertim Alexandrinis, cuius urbis auspiciatissima exordia perdidilige stilo et singulari ac veluti civili amore concelebrat. Quod autem eam narrationem ita cap. XXXV. concludit: *Eulmoro, ubi super elephas illius (non leonis) conditum dictum habebitis; id ego vel in eam sententiam accipio, quod Auctor in ipsa Pharo (quæ fuit urbs quodammodo distincta) habitat; vel ita dictum intelligo, quia sermo est de greeca illa vetera Alexandria, qualis a Macedonia condita fuit: cuius urbis tum ambitus tum aedificium eo diuimus tempore, quo haec scribebatur historia, valde iam decrevisse plurimasque varietates fuisse perpessum nemo dubitat. Adde quod dñe Iulii Valerii historia ab Aegypti rebus et laudibus capit exordium, quae pars etsi a codice ambrosiano excidit, tamen evidenter cognoscitur tum ab eius veluti quoddam exemplari, codice alio ambrosianæ<sup>(6)</sup>, cuius est initium Aegypti sapienter nisi genere abino: tum ab ipsa edita Alexandri historia<sup>(7)</sup> incipiente *Sapientissimum aegypti scientes mensuram terrae,* quae quamquam ob barbarum stilum plurimasque graves absurditas magnopere sordet, rerum tamē serie cum Iulii Valerii opere non mediocriter congruit. Atque his indicis Aesopus auctor historiae satia arguitur aegyptius, immo Alexandria vel Phari civis. Tam de interprete Iulio Valerio quid censeas? Mili quidem et ipse africanus videtur. Nam, præter nova omnino vocabula, non pauca etiam in eo me notare memini, quorum exempla nonnisi fere apud afros scriptores deprehendebam. Porro eadem quia Iulius Valerius aetate nomine latine scribebant Clandianus alexandrinus, Ammianus ex*

Interpres  
quaque lu-  
lius Vale-  
rius vide-  
tur afer.

(1) Part. sup. F. 129.

(2) Argentorati MCCCCXXCV. qualis quidem est in bibliotheca ambrosiana. Ceterum et eadem in urbe et aliis non semel si liber excusus est. Vide Panzerium annal. typogr. T. v. p. 22.

Historia Asia antiochenus? Denique (quod iis temporibus platerat non necesse erat) historie Auctor in Romanorum ditione ne degebat. Quare et dominis quedam in loco (1) non Romano-obscurae adulatus est: quoniam apud historicum Memrum nomine dictum acerbum Alexandri in Romanos legisset, ne fuit et nimirum id ipse seu incolum ad Carthaginenses detrahens.

(2) Tum ad Aesopii sectam quod admittet, lecta eius historiay christianis certe sacris nego imbutum hominem iudicabit.

VIII. Dicendum est et quipam ante me homines opus Aesopum et Julius Va- Aesop vel Iulii Valerii, sive appellato auctoris inter- pretissimum nomine sive secus, aut manu tractaverint aut te hanc e-

ditionem quatenus noti fuerint. 1. Vincentius Burgundus, vulgo Bellovacensis, toto libro quarto Speculi sui historialis res gestas Alexandri recitat, ex historia ut ipse ait, eiusdem de promptis. Iam vero eam materiam adeo similem multis editionis meae partibus deprehendes, ut prorsus existimes compilatum a Bellovacensi Iulium Valerium: cuius rei causam mox explicabo. Praeter Iulii Valerii codicem aliud est anonymus in bibliotheca ambrosiana (F. 129. part. sup.) saeculo circiter duodecimo scriptus, cuius est titulus *Oratio, vita et obitus Alexandri magni Macedonum regis*. Is codex et stilo paulo quidem rudiore uititur, et multa prae-termittit, nonnulla etiam aliter narrat; ceterum ita Iulium Valerium plerumque sequitur, ut huius quoddam brevius exemplar esse videatur. Eius ego codicis in edendo Iulio Valerio perpetuam fere collationem utiliter usurpavi, quod ex meis annotationibus identidem patet. Idemque opus in aliis quoque bibliothecis servari arbitror, et certe in regia parisiaca cod. VIMDCCXXXI. Porro et Salmasius ad Solinum p. 765. b. C. et 791. a. G. locos duos laudat ex latina vetere interpretatione gracci operis de Alexandre. Quoniam vero auctorem non nominat, immo eum p. 637. b. G. dicit *incertum*, ego enimvero hanc ipsam, de qua loquor, breviorem historiam lectam a Salmasio suspicor. Nam operi quidem lu-

(1) Lib. I. esp. XVI.

(2) Lib. I. esp. XVII. cum nota 5.

lii Valerii praeponitur auctoris sui nomen, ut deinceps dicam, non uno in codice. Jamvero ut illuc, unde incepit, revertar, haec historia brevier codicis ambrosianus (F. 129.) rotidem saepe verbis apud Bellovacensem occurrit. Etsi autem Bellovacensis nec ipsum Iulium Valerium edit, neque eum unquam appellat; tamen quia rivulos ab hoc proxime deductos sectatur, idcirco is in Iulti Valerii, si minus lectoribus, certe assedit quodammodo numerandus videtur (2).

2. Divus Antoninus Florentiae pontifex in Chronicu titulo quarto cap. II. eadem paene recitat quae Bellovacensis. Quia tamen interdum non mediocriter ab eo differt, idcirco Antoninus non semper Bellovacensem excrissipis, sed exemplar aliquod paulo diversum ad manum baluisse videtur eiusdem brevioris historiae, quam et ipse appellat *historiam Alexandri*. Eatenus igitur excerpta Antonini, quatenus Bellovacensis, ad Iulium Valerium pertinent.

3. Claudius Chiffletius in Ammiani Marcellini vita sit, huic scriptori synchronorum fuisse Iulium Valerium. Unde vero id compertum Chiffletio fuit, nisi ex cognito ipsius Valerii opere (3)?

4. Franciscus Iuretus ad Symmachii epistolam xxxiii. libri iv. (ed. paris. an. MDLXV. in miscell. p. 127.) particulam ineditam recitat Aesop in vita Alexandri magni. Dicendum autem Iureto fuisse *Iulium Valerium pro Aesopo* nos suo loco documentum (4): praesertim quoniam emendate locutus fuissest idem Iuretus in priore editione Symmachii (Paris. an. MDLXXX. in notis p. 97.) ad libri decimi epistola LV. his verbis: »Aesopus in vita Alexandri magni Iulio Valerio interprete, quem manuscri- ptum habeo, *secretum pro secreto* dixit: *Necanobus acci- piorem secretum paru.*»

5. Carolus Cangius in glossario mediae et infimae graecitatis voc. Ἀσέπιον haec ait: »Callisthenes ms.

(1) Idem fere dicendum quod addinet ad duos locos ex epistola Alexandri ad Aristotelem laudatos a Bellovacensi Spec. natur. XII. 45. 67.

(2) Recole dicta in praefat. ad Itinerar. esp. vi.

(3) Ad Iulii Valerii lib. I. esp. XLVI. in nota.



scriptor de Psammeticho (mendose fortasse Cangius pro Noctanabo); cuius dicitur *αρχεὶς τοῦτον προφέτην, κατέβασιν τοῦ Ζεύς αὐτὸν φέρειν θεόνταναν.* Ubi Aesopum eiusdem Callisthenis interpres, qui et versionem suam Constantio Constantini magni filio dicitur<sup>(1)</sup> tamarii virgam vertit.<sup>(2)</sup> Iam cum dixit Aesopum pro Iulio Valerio eundem errorem peccavit Cangius quem Iurefus. Porro eo in loco tum Bellavencensis (cap. I.) tum Antoninus (sub initio cap. II.) tum codex ambrosianus (F. 129.) habent virgulam ex ligno hebrei. Nempe, ut dixi, illa actio historia, non brevitate solam et stilo, sed rebus ipsis interdum differt a Iulio Valerio.

6. Ab auctore catalogi codicium Angliae T. I. in coll. collegii oxoniensis corporis Christi n.<sup>o</sup> MDLX. 82. profertur: *Iulus Valerius de vita et obitu Alexandri.*

7. Ab auctore catalogi codicum bibliothecae regiae Parisiorum T. IV. p. 12. cod. 1792. lxx. lecti sunt: *Berum ab Alexandro magno gestarum libri tres quā sub Aesopi graeci et Callisthenis nomine circumferuntur, Iulus Valerius interpret.*

Atque hi quidem homines Iuli Valerii scriptum prae manibus habuerunt. Sed nonnulli praeterea Iulium Valerium scriptores commemorata fama tantummodo alicuius traditione cognitum.

1. Gaspar Barthius in Adversariorum libro II. cap. x. monachalem quamdam (ut ipse loquitur) de Alexandro historiam prodigiosis mendacis factam et contemptibilem, in charta scriptam habuisse se ait, quam anonymam quoniam videret, idem opus existimavit, quod Iurefus laudaverat Iuli Valerii. Ego vero nullus dubito quin Barthius eam inficiata historiam possederit, quae Argentorati edita olim est, curius, praeter impressum exemplar, codex quoque chartaceus Mediolani tum in ambrosiana bibliotheca servatur, tum in braydensi mss. L. vii. 25. Error autem Barthii primum ex eo coarguitur, quod ait, a Silvestro Giraldo satis vetere auctore hanc historiam citari; rursus quod eius auctorem dicit

(1) Vnde super re videsis dicta in prefat. Itinerarii cap. vi.

romani sermonis ignatum. Iam quē locum Giraldus ex epistola Alexandri ad Aristotelem profert (*Topogr. Hibern. cap. xv.*) is ad Iulii Valerii opus non pertinet, sed ad historiam scholasticam, e qua reapse se desumere eundem Giraldus ait. Qui vero Iulium Valerium latinitatis ignoramus dicere, is de sua potius inscrita confiteretur. Ne plura; Barthii auctoritas, qui Iulium Valerium non vidit, nulla est. Tum et alia fabula, quam (*Adver. N. 14.*) ex vita Alexandri memorat (nempe de Iudeis ab Alexandro intra montes conclusis) ea petitia est vel e Gotfrido Viterbiensi Chronic. part. xi. vel e Comestoris historia scholastica lib. Hester. cap. iv. unde eamdem fabulam etiam divus Antonius despiciat cap. II. ff. 10.

2. Gerardus Io. Vossius Aesopum et Iulium Valerium memorat in tertio libro de historicis græcis inter historicos incertas etatis, itemque in tertio libro de historicis latinis inter anonymous. Et ille quidem recte facit cum nimirum in auctoritate Iureti; quod vero Barthii errores non sensit, id viro ceteroque doctissimo condonandum est. Frustra autem dubitat Vossius nimis Iulii Valerii opus idem sit atque illud quod incipit *Mosis est uita.* Sunt enim haec verba initium prologi ad Guarnerianum poëma de Alexandro in ambrosiano codice (L. 57. part. sup.)

3. Johannes Freinsheimius in indice Scriptorum Alexandri ait: *Iulus Valerius latine fecit historiam fabulosam de Alexandro, quae ab aliis Aesopo, ab aliis Callistheni adscripta fuit: unde fabulas suas coram hauserant Antonius, Vincentius, Urspergarius, ali. De Antonino et Vincentio falsa operatum Freinsheimium constat ex supra dictis. Non acque constat unde commenta sua de promperit Urspergiansis, quoniam eius mendax de Alexandro historia non videtur impressa. Videsis Urspergiansis Chronicon edit. Basileae an. MDCXIX. p. 11. Quod vero Freinsheimius historian, de qua loquitur, att editam germanice Argentorati anno MCCCCXXXVI, rursus fallitur. Non enim germanice Iuli Valerii opus editum ibi est, sed latine pessimum illud barbari aevi commentum inscriptum *Historia Alexandri magni regis Macedonie de proelii.* Videsis Panzerium anal. typogr. T. V. p. 22.*



4. Petrus Baylius in lexico (voc. *Escope*) et Aesopi meminit et Iulii Valerii in eo vero falsus est, quod parum considerato Barthii loco, putavit huic homini ad manum fuisse Iulium Valerium, quod, ut dixi, scis est.

5. Io. Albertus Fabricius Aesopum et Iulium Valerium memorat in greca bibliotheca ed. nov. T. III. inter scriptores Alexandri voc. *Aesopus*, *Callisthenes*, *Ioh. Hartlieb*<sup>(1)</sup> *Maller*, et *Iulius Valerius*. Vide etiam T. I. p. 622.<sup>(2)</sup> Quod autem et Fabricius falsa quaedam super hoc libro et Auctore dicit, nil mirum est: errores enim ex aliena autoritate contraxit.

6. Denique novissimus Sancticrucius (Exam. crit. des historiens d'Alex. p. 166. n. 1.) quatuordecim sive latinas satis diversas interpretationes sive earundem codices vidisse se narrat graecae historiae de Alexandre: quo in numero Iulium quoque Valerium ab eo visum autum, quoniam in parisiano codice hunc Auctorem

(1) Io. Albertus Fabricius biblioth. gr. ed. vet. T. II. p. 228. ait lo. Hartliebū monseneorum pojūm, iussu eius Bavarese Alberti, historiam Iulii Valerii de Alessandro magno e latina lingua in germanicam convertisse, editamque esse Augustae Vindelic. an. 1478. citaque Fabricius Lambecium lib. 2. de biblioth. vindob. p. 949. Atqui Lambecius tum in loco citato, tum in altera eiusdem bibliothecae vindob. editione p. 657. cum nota 1. Fabricio contradicit, quandoquidem historie, enīm interpres fuit Hartliebū, latīnum auctōrem vñzri Eusebium ait: idq̄m cognoscitur etiam ex titulo germanico Hartliebū operis apud eundem Fabricium ed. nov. T. II. p. 57. Et licet sane Fabricii antequam hanc editionem molier exploratus mihi erat, neque tamen eo sum commotus. Etiam si enīm Hartliebū respsē edidisset germanice Iulium Valerium, hic quidem latine, quantum ego scio, adhuc era ineditus. Sed enīm hoc super re quem amicum quendam doctissimum consulenssem, ex eius ad me litteris prossus reprehendisse mihi video; Hartliebū interpretationem (que mihi non est ad manum) aliud omnia quam ex Iulio Valerio esse expressam.

(2) Vide etiam eiusdem Fabricii bibliothecam lat. med. et infim. aetatis. tam Macrio T. IV. p. 204.

imesse superius docui. Iulium tamen Valerium nominatis, quantum vidi, Sancticrucius non appellat. Qui nam vero sit liber cuius titulatus *origo*, *ortus*, *mīta et actus* *Alexandri*, Sancticrucius diserte profert, superius item demonstravi.

Appendicis loco ad extreum moneo, tria insuper scripta de Alexandri gestis inter codices ambrosianos occurrere. 1. Opus graecum humili quidem stilo sed nondum barbaro. Id cum Iulio Valerio saepē congruit, saepē etiam ab eo discrepat. Ego ex codice graeco (qui est O. 117. part. sup.) in edendo Iulio Valerio haud raro usus sum in annotationibus meis. Auctoris nomine caret liber. Sed profecto non est ille Pseudo-Callisthenes quem dicit Sancticrucius p. 163. et seqq. ut mihi immotuit conferenti eiusdem locos et Σάνκτοις της Sancticrucio notatos. 2. Opus arabicum fabulus inquinatum (cod. C. 25. part. sup.) 3. Poëma Gualteri notissimum atque editum, quod repetitur in tribus codicibus part. sup. L. 57. M. 10. P. 6.

IX. Quaeret ad extreum aliquis, cur quum Iulius Iulius Valerius doctis aliquot viris multo ante, ut vidimus, leitus eur immotuerit, tamdiu nihilominus in scriniorum obscuritate jacuerit? Prima est generalis responsio, multos ad diem insuecum in bibliothecis sordescere codices, in quos etsi diuis. identidem eruditus aliquis incidit oculus, iidem tamen vel rei nummaria difficultate vel locorum aut temporum adversitate vel alia quavis causa compressi sunt. Namque revera quod veterum scripta lateant, fortunae saepē crimen est non hominum. Deinde pauci admodum homines eruditū opus Iulii Valerii manu versaverunt, nimurum Iuretus et Canigius et fortasse Chiffletius<sup>(1)</sup>, qui quidem iis temporibus vixerunt, quibus plurima veterum scripta nondum typis commissa erant. Iam et qui homines codicum oxoniensem ac parisiacorum catalo-

(1) Qui Iulium Valerium olim præ manus habuerunt, ii Galli erant, scilicet, ut diximus, Chiffletius, Iuretus, et Canigius. Reversa et ambrosianus codex e Gallis petitus fuit. Sic enim in eo scriptis ille qui ambrosianae bibliothecæ primas præfuit: *Hunc codicem Areneionem venedum curavimus.*

gum confecerunt, ii quidem, ut sit, perscribendis titulis unice dediti, nullum edeādorum operum consilium inferunt. Reliqui, qui de Iulio Valerio (cuius scriptum non videant) deinceps locuti sunt, quantis erroribus se imprudentes ostinxerint, satis in superioribus docuisse me potest. Sane quum plerique perulgato mentium errore barbariores Alexandri historias cogitatas cum incognito Iulio Valerio commutaverint, nil mirum est, eos ad vestigandum accusatris Iulium Valerium non incubuisse, neque eiusdem cupiditatem præ se tulisse.

Lam p.  
ne præci-  
pus huius  
historiae  
tatis incre-  
mentum.

X. Nunc vero his erroribus tamquam nocte depul-  
sis, q̄is veterem et eruditum et disertum et varium  
et latinitatis copias augentem scriptorem non libenter  
excipiat? præceptum quum eius præcipuum consilium  
est delectationem legentis spectare videatur. At historia  
Alexandri hoc Auctore non multum veritate procedet.  
Esto. Sæpe tamen is nova vel mira existimabitur dicere, cum perversa et vulgata dicat, sed iam audiri de-  
sueta plerisque: quae res ex annotationibus nostris clara-  
rescet. Non age isti maris emunctas aristarchi plera-  
que sapient negent, facta esse dicant: quidvis denique potius quam auctoritatem Iuli Valerii sequantur. Num igitur, si bunc librum continens in tenebris, latinitati etiam nauter consulam? num de linguae copia bene me-  
rebor? Quin eia, hoc edito, bene multis vocabulis plu-  
rimaque loquendi novitatem latinum sermonem ornumus.  
Ultimam vero labor nostre aliorum industrias acutat quo  
polcherrimae lingue fines proferre longius ac dilatare  
studcent! atque ad grandem illum seu votum seu locu-  
tionum inauditarum thesaurorum, qui latet adhuc in massis,  
cadicibus et lapidibus et diplomatis, intendere digi-  
tum velint! Quippe, ut sapient monet Fronto (1)  
oportet regiones verborum et talias novisse, ut ubi quæsitus  
opus sit, percussam poctas ad vestigandum quam inio progres-  
diamur.

(1) *De orationibus* lib. I. fragm. iv.

---

# I U L I I V A L E R I I

## R E S G E S T A E

### A L E X A N D R I M A C E D O N I S

T R A N S L A T A E E X A S O P O G R A E C O .

L I B E R I .

Q V I E S T O R T V S .

Alexan-  
der Elius  
venit ad

... (\*) ... I. ad votum proclivitas fiat: ne-

que enim improbo huiusc desiderii gloriam.

Tunc filius, Gratiam equidem tibi, pater, hu-  
ludos.

(\*) Unus. omnino quaternio ab initio codicis absit. Namque post codicis paginam xvi. legitur nota quaternioris secundi, et sic deinceps aliorum. Quota vero pars I. Valerii desideratur, duorum codicium impressione cognoscere licet graeci nomen et latini in bibliotheca ambrosiana superstitionum, de quibus in praefatione locutus sum. Iam ut paucis hec rem execupar, nihil aliud fare requiratur in codice I. Valerii, quam Neetansabi fabula parum equidem remissa, pauca de educatione Alexandri, et descripicio Bucephali qui ab Alexandre puro eicuratus est. Neetansobus principatum Aegypti quum teneret, non ille quidem erubet bello, sed magis artibus hostes suos facilissime pessum dabit. Verum aliquando summi sibi artem haud favere sentire, relictis regno, in Macedonium exsil profugit. Ibi, absente bellosum causa Philippo, ita Olympiadem exercitando artificio ad se pellexit, ut et causam genituras Alexandri dedisse videarur.

iusec muneris facio<sup>(1)</sup>: habeo quippe equos quos exacta tntela recenti ad haec mihi studiosius praeparavi. Haec quoque professio Philippum iuvat, laudatumque studii filium facile permittit, cum primum illi<sup>(2)</sup> deduci ad navigia currns et arma iussisset<sup>(3)</sup>. Igitur escensa<sup>(4)</sup> navi comitatusque

(a) Cod. 125. (Quod et stare potest, hic et alibi.) (b) Cod. ex-  
cerpta.

Tum et ipsum Philippum, variis obiectis terriculamentis ad eam opinionem impulit qua existimat, Iovis Hesmonis virtute genitum sibi puerum ab' uxore Olympiade. Nato igitur non sine ostentis caelostibus Alexandro, moxque primis doctrinis a plurimi pedagogis eruditio, quam Nectanabus stellas puro nocte quadrum serena<sup>(5)</sup> monstraret, ab eo subito de tupo delectus interrit. Mariens tamen se Alexander patrem confessus est, ideoque et magnifico loculo tumulatus. Tum de regni successore consulenti Delphis Philippo responsus est, ei a quo insinuante Buccephalus equus per medium Pellae actus fuerit, orbis principatum fate decernere. Mox Alexander in Aristotelis disciplinam concessit: et Buccephalus equum sacvitudine insignem sibi usi sponte manuetum media urbe egit. Hinc annos iam xv. natus ut in sollemnum Gracia Iudis quadrigas agitare sibi licet et a Philippo impretravit Elimque venit.

Porro qualisunque est Nectanabi fabelo, ea quidem narratur non solum a I. Valerio et duabus codicibus ambrosianis et a Pseudo-Callistheno, verum etiam a Syncello, Malala, Cedreno et Glyce.

(1) Nimurum Philippus equos Alexandro praestantes se probitum spondebat, ut legitur in grecio codice: Εργαντος επεισοδους επεισοδους.

(2) Latinus aliis codex habet: Alexander quintum decimum agens annum petui ut sibi Pisas (cod. Pilas) adire licet gratia quadrigar tractandi. Philippus quoque equos illi et cetera itineri necessariae praeparari iussit.

Hephaestione amico, secunda admodum tempestate Elim<sup>(1)</sup> appellitur.

II. Quo in loco cum equorum curam famulis mandavisset, atque ipsus<sup>(2)</sup> visum loca deambulatumque procederet, obviat forte Nicolao, cui-dam adolescenti regulo<sup>(3)</sup> ex Acernania<sup>(4)</sup>. Celsius quidem illo et sublimius se ferente<sup>(5)</sup> (quippe qui dupli coequi perlabilis Deorum adminiculo levaretur opulentia scilicet et fortuna) habebat tamen Nicolaus ipse quod sibi de suis vribus polliceretur. Nihilominus salutando Alexandro praestitit se priorem, nescius<sup>(6)</sup> etiam tunc itis illius causas et certaminis studium. Fuit tamen non sine contumelia salutatio: nam et ave, inquit, o puer: nec ille sedulo resalutat. Tunc secundo Nicolaus, Et quem, inquit, arbitrere te tam incuriosius salutasse? Quippe ego Nicolaus ille sum rex Acernanum. Alexander refert: Istam arrogantium non probbo. Quid enim te iuvabit imperii vana iactatio de secundis crastinis fluctuantem? Non enim vides ut

(a) Cod. ipius. (b) Cod. reguli. (c) Ita cod. Acernania heic et inferioris constantes per e.

(1) Nota verissimam terminationem Elim non Elida, et conser Petrum Victorium ad Cie. epist. fam. xiii. 26.

(2) Nempe Alexander.

(3) Ita cod. nescius cum quarto casu, nisi forte est mendacio pro nescienti.

stare fortuna hominum nesciat, utque in his fragilior habeatur quicunque illi ea vicitant nexabundius? Ad haec Nicolaus; Haec quidem, inquit, non invenuste: enimvero velim scire cur assis? nam te Philippi filium fama praelocuta est. Fatetur Alexander sese ad certaminā quadrigarum studio coronae venisse. Tum Nicolaus felle de nimia indignatione suffusus, despectansquē eius aetatalam neque vim animi considerans, consputum adolescentulum et maledictis increpitum dereliquit. At vero Alexander qui omnium disciplinarum continentiam magistro <sup>(a)</sup> ostentare didicisset, abstensis clementer sputamenta, iniuriamque arridens ait: Iuro equidem tibi, Nicolae, patris mei ac matris pariter maiestatem, ut te et in hoc praesenti certamine et Acermaniae telo <sup>(b)</sup> superabo! Hinc soluta est fabulatio.

Alexan- III. Non multo autem post cum dies certa-  
dri vieto- minis advenisset, aurigandique professio studio  
ris eurulis, excitaretur, novem quidem omnes et <sup>(c)</sup> regii  
iunives <sup>(d)</sup> competebant, quorum sortito primo

(a) Cod. mago. (b) Ita cod. telo. (c) Cod. sed.

(d) Apud Plutarchum vir. Alex. ed. Londini. anni MDCCXXXIII. T. IV. p. 9. rogatus ab milieis Alexander puer nam Olympias certare vellet, sane si habiturus sum, inquit, adversarios reges: Τοι μηδὲν απεποιήσαντας τι βούλονται οὐκαιρόντας δρωμέας επίδουν, Εἰ γὰρ, ἔπει, περιττοὶ ἡμέρας οὐκονταύτων;

Nicolaus astitit carcere, secundo Xanthias, tertio Conon, quarto Clitomachus, Balcheus quinto, Aristippus sexto in loco, Pierus septimo, Alcan octavo, Alexander post nono. Hi cum ex more artis atque certaminis institissent curribus, lituoque signum sollemniter increpasse, cuncti una prosiliunt. Enimvero Alexander erat quartus a primo, Nicolao propius <sup>(a)</sup> insequente, et spe transitus et infesto consilio, ut si praetervehi queat, non absque periculo Alexandri consulat. Id quidem illum non satis fugerat. Nam et causa odii commonebat, quod bello Nicolai patrem Philippus oppresisset. Igitur astu se dedebat Alexander a Nicolao praeteriri. Quippe iam ceteri, qui cursu praevenerant, alii alio casu prolapsi primam spem potiundae palmae Nicolao dabant. Qui cum finem certaminis iam sperasset, infert sese Alexander voto praeterlabendi. Ad hunc conatum equis Nicolai convertentibus, titubans dexter equus <sup>(b)</sup> cernuantique persimilis, implicatos reliquos secum moratur. Enim tunc Alexander subiciens, praeteracto pro-

(a) Cod. prius. (b) Cod. dexteras medis cernuantique etc. Locum emendavi ope codicis graeci.

Quoniam vero apud antiquiores Alexandri historicos nulla videatur esse mentio eurulis huius victoriae ad Olympiam, idcirco suspicor e memorario Alexandri dicto totam hanc 'I. Valerii sequiorumque aliquot scriptorum narrationem fuisse confutatum.

Iapsoque Nicolao supervectus, rem belli<sup>(1)</sup> sub stadio transegit. Exin<sup>(2)</sup> victor corona redimitus escenso templo cum Iovem olympium salutaret, aestimatione rei gestae aut instinctu Dei, sacerdotem ferunt sic fortunam victoriae interpretatum, ut quod primo certamine Nicolaum viciisset, esset sibi coniecturae, perfacile multos eum populos vincitum<sup>(3)</sup>, universitatisque dominio potitum.

Philippi  
novae nrae  
ptiae.

IV. Hisce ergo omine atque laetitia ovans repatriat Macedoniam. Sed offendit forte, ex licentia regia spreto coniugio Olympiadis, Philippum tunc in Cleopatrae nuptias demutantem aliquiudam non ignobilis filiae<sup>(4)</sup>. Die igitur nuptiarum irruens regis triclinium coronatus, Sume, inquit hunc primum, o pater, laboris mei fructum: et una<sup>(5)</sup> coronam in patris caput transtulit. Tunc adiecit, Gaudeo quidem

(a) Ita in hoc opere sive ex his, at in Itinerario exim. (b) Cod. monach.

(1) Bellum apud I<sup>r</sup> Valerium nec non apud Auctorem Itinerarii dicitur quodvis certamen.

(2) Ita cod. vincitum. Vincitum habet item Petronius fragm. Tragur. cap. XLV. Et sicut cogitandum de etymologia veris Nicolas, nempe *victor populi*.

(3) Cleopatrae notissimus est patrulus Attalus, vir bellicis studiis clarus, post Philippi necrom iussu Alexandri oppresus in Asia ob praecevensdam exercitus macedonici seditionem. Vide Diodorum siculum XVI. 95. XVII. 5.

quod in praesenti lactamini: et ego cum matrem aliis regalibus nuptiis coniugabo, vos quoque participabo convivio: et una cum dictis adversim Philippum discubit. Sed rexasperatus<sup>(6)</sup> ad dicta intus in animo saeviebat.

V. Aderat tunc inter multas regalesque delicias Lysias<sup>(7)</sup> quidam risui excitando quam facessimus, qui cum in gratiam regis admordere adolescentulum vellet, Potiare, inquit, o rex, Cleopatrae, potiare: e qua tibi spero privatos filios atque incommunicatos<sup>(8)</sup> alteri proventuros: cosque qui vultibus tuis et felici respondeant semini. Haec ubi dicta sunt, irritior iuvenis, protinus poculum, quod sibi pre manu erat, in Lysiam iacula tur eumque vulnerat. Sed rex esfervescente irae professione, prosiliens in Alexandrum, labitur, crureque laeso et vulnerato procubuit. Tum parum temperans voci iuvenis, En, inquit, ille qui Asiam Europamque subiecit, unius lectuli spaciun sine periculo non emensus est<sup>(9)</sup>! et cum dicto rapit

(a) Cod. asperatus. (b) Cod. incommunicatos.

(1) Apud Plutarchum loco super Isodato et Iustinum ZX. 7. non Lysias sed Attalus convivium, de quo hic sermo, dieterii conturbat.

(2) Apud Plotarchum loco super laudato iisdem prope verbis loquuntur de Philippo Alexander: Οὐτας μάρτιος εἰς Ἀσίας ταρπεινῶντες δουλεύουν, οὐτὶ καὶ πόλις αὐτὸς καλέσαντες διατερπάται.

gladium, omnesque qui forte sese veluti ad comprehendendum irruerant, dissicunt: prorsus ut nihilum de Centaurorum Lapitharumque convivio demittaret: aut quod illi rei sit proximum, processos dices cum ultiore Ulyxe decernere. Egressus igitur concedit ad matrem.

Alexandri ad Philip-pum ora-tio. **VI.** Enim qui aderant Philippum non abs-que discriminis vulneratum cubiculo inducebant, lectoque deponunt. Sed is cum post compluscu-los dies iam bonam spem curationi promitteret, ingreditur amica sollicitudine tunc Alexander, assidensque lectulo. **Quaeso**, inquit, o Philippe **(ad hinc enim te hoc communis)** nomine allo-**quor**, ut amicus, donicum **(a)** patris in te ani-mum recognovero), quid tandem hoc rei est quod te avertit a coniuge? **Aveo** **(b)** enim scire vin-dex et ulti futurus in matrem si culpa meruit quod evenerat. Huc adde, si placet, probes ne illam Lysiae in Alexandrum petulantiam? probesve etiam patris in filium truculentiam? Quid enim uterque commeruiimus a patre et marito? Abiecta Olympias coniux, et Alexander filius incursatur. Quin ergo surge, et con-firmato corpusculo, animum etiam labantem una curaveris, adeo saucium fatalibus forsitan temptationis. Adeo **(c)** tibi Olympiadem tuam

**(a)** Cod. ad hoc enim te hoc et communis. **(b)** pro dicitur habet boni cum. **(c)** Cod. hucus. **(d)** Ita cod. iterum adeo.

, in gratiam una atque in cubiculum iam dedu-cam. Geret enim morem profecto Alexandre filio, cuius tu pater, ut video, esse fastidis.\*

**VII.** His dictis transit ad matrem, Philippo iam inter pudorem poenitentiamque distento, et ait ad eam: **Ne, inquit, quaeso, ne mo-veare, mi<sup>(1)</sup>** mater, super hisce quae in te egerit rex maritus. Etenim ipsa quamvis clam habeas quod commerueris, age tamen morem conscientiae tuse, cuius memet testem habes **(2)**, qui hanc tibi concordiam suadeo. Quaeso remeas ad coniugem, et redde te marito mori-geram.\* Cedit auctoritati suadentis filii Olympias, et duce tali revenit ad maritum. Tunc Alexander: **En tibi, pater, Olympias tua (jam enim te paterno nomine usurpabo, cuius adeo libens fueris auditor).** Igitur et precator ad eam fui, et remittit tibi meritum tuum abo-litionem omnis iniuriae. Agite igitur quaeso post iram integrationem coningalis affectus. Nec sit pudendum si filius sit parentibus copulator.\* His dictis impetrat quod laborat: id-

**(1)** Mi feminino gener, quod et aliorum auctorum exempla confirmant.

**(2)** Nimirum Olympias ante confessa fuerat Alexandre, pa-trum eius fuisse Nectasium aegyptium, qui se magis artibus ad probrum illexerat. Eam confessionem uterque recitat græcus et latinius codex ambrosianus.

que ei largitum apud omnes patriae proceres, bono admodum testimonio fuit. Placet denique Lysiae nomen coniugalibus ritibus in perpetuum aboleri: quod appellatio illa solutio<sup>(1)</sup> coepti cum Cleopatra coniugii esset<sup>(2)</sup>.

Mothana VIII. At his ferme diebus, quibus haec acta nam rebel- videbantur, descivisse obsequio Mothana<sup>(3)</sup> ci- lantem p- vita nunciabatur. Ad quam animo Philippus incitatus, cum adhuc viribus corporis deficeret, optimum ratus ultionem non distulisse, numerum qui forte adesset militum ducere Alexandrum iubet, idque adolescens properanter exsequitur diligenterque: subactam enim populatamque ad vindictae ostentationem raptim Mothanam re- versus annunciat.

Persie ex- IX. Sed enim cum, illo reditu de Mothana, nectores - ingressus ad patrem foret, videt ibi assistentes ha- pud Phil- bitu barbaro viros, percontansque agnoscit per- lippum. saepe Darii satrapas: causam autem<sup>(4)</sup> adventus

(1) Cod. pro coniugii esset habet consuistit et mox eadem manu emendatum convenerat. (2) Cod. tamen.

(3) Cod. solutio. Est autem graece λύσις solutio.

(4) Codex I. Valerii hic Mothana, et mox his Mothana. Graecus codex Μαθάνης, latinius item Mothana. Et quidem huius urbis macedonice nomen mira varia apud alios etiam auctores. Vide interpretes Justinii VII. 6. et Salmasius exarcti, plur. p. 408. b. C. In huius urbis obsessione Philippo Alexandri patri oculus telo aliquot ante annos effossus fuerat. Vide Diodorum XLI. 24. et Institutum loco citato.

esse, quod ex more regio petitum pecunias a Philippo venissent<sup>(1)</sup>, pretium scilicet aquae atque terrae: his enim nominibus subiectos obse- qui sibi Persae depositunt<sup>(2)</sup>. Miratus igitur Alexander et petendi morem et titulum; Haec- ne<sup>(3)</sup>, inquit, elementa<sup>(4)</sup> Persae mortalibus venditant, quae cunctis Deus in commune lar- gitus est? Dolebat ergo, altiusque adolescentuli vim carpebat, quod viri graeci nominis ac digni- tatis vectigales barbaris fierent: quae res esset potentibus itigiter ad magisterium servitutis. Tum igitur paululum barbaris indidem separatis, ferre a se mandata ad Darium iubet: Haec illi<sup>(5)</sup> Ale- xandrum nunciare et dicere: boni consulteret et ab hac petendi consuetudine temperaret. Quippe quem ipse morem petendis pecuniis indixisset, hunc a se protinus exactum iri: unque cum his, quae ante dispensa sint, propria quacumque sint Persis Alexandrum petitorum. Cum his dictis exigit homines profici, ne littera- rum quidem regem responsione dignatus. Ad animi eius magnificentiam Philippus erigeretur,

(1) Ita cod. cum una e quae est vetus orthographia. (2) Cod. cl- yenta. (3) Cod. sibi.

(4) Macedones tributariorum Persarum dicit ante se Alexander apud Curtium x. 2.

(5) Rex Persarum petit a gracie terram et aquam (site riu- rei pretium) etiam apud Herodotum VII. 92.

quod adeo fidem et intrepidum eum naturae  
Alteria sue bona asserere intereretur. Igitur cum vici-  
Alexandri  
expeditio.  
na rursus civitas de obsequio vacillaret, datur  
Alexandro expeditio. Pergit quo iussus est.

Philippi  
nae. X. Enimvero interea Pausanias quidam no-  
mine, tum divitis affluens tum opibus potens,  
ex oppido Thessalonicae nobilis, in Olympiadis  
desiderium amoremque animo prolapsus est. Qui  
cum per internuntios adtemptasset, et mulier  
consentiret ut deserto Philippo ad sese transnu-  
beret, idque ei ex sententia provenisset<sup>(1)</sup>; com-  
periens filium Philippi, cuius adeo formidolo-  
sum in omnes accolas erat nomen, peregre pro-  
fectum; certamenque thymelae<sup>(2)</sup> tunc agi a  
Philippo praesidente; repente satellicio stipatus,  
strictis gladiis theatrum irruit, Philippumque  
vulnere praevenit. Qui cum altius et letaliter  
ictus esset, veluti caedis absolitione securus ad  
regiam Pausanias properato festinat, raptu<sup>(3)</sup>  
scilicet Olympiadis desiderio consulturus.

(1) Olympiadem causam praebuisse Philippi nece narrant etiam Plutarchus Alex. p. 16. et Iustins ix. 7. non tamen eo nomine quod Pausaniam amaret, sed quia infensa Philippo ob Cleopatrae nuptias Pausaniam alia de causa eidem Philippo iratum ad facinus extimulaverit.

(2) Isidorus Etym. XVIII. 47. ait: *Thymelii erant musici scenici qui in organis et lyris et citharidis praecinebant. Et dicti thymelii quod olim in orchestra stantes cantabant super pulpitum, quod thymele vocabatur. Iam certaminis musica ex tempore proposita a Philippo narrat etiam Diodorus XVI. 91.*

(3) *Rapta arcaionum pro raptai.*

XI. Igitur cum populus adhuc in theatro tur-  
baretur, Pausanias vero, ut diximus, raptum mo-  
liretur; forte, rebus ex sententia perpetratis, Ale-  
xander supervenerat, offenditque turbas, et vim  
et vulnera Philippi. Quibus, ut res erat, cogniti-  
tis, auctoremque eorum rerum Pausaniam haec  
designasse, irruens regiam in ipso raptu matris  
Pausaniae violentiam deprehendit: eumque cum  
iaculo destinaret, tenereturque formidine matris  
vulneranda, Olympias sic adhortatur: Iacula-  
re, inquit, fili, iaculare ne dubites; habeo enim  
praesidem Hammonem et protectorem.

XII. Enimvero Alexander nullo impetu vinci. Pausanias  
Sed cum spirare etiam tunc patrem Philippum poenit-  
conperisset, eundem advehī illorum iubet, gla-  
diūmque quem gerebat ipse conlatum in dexte-  
ram patris misit, quo manu eius oppeteret Pau-  
sanias, cui poenam quamque pro facto debue-  
rat. Ergo iam moriens Philippus „Nihil nunc  
„sane est, inquit, quod me vitae finis aut hu-  
„iuscemodi mors contristet: ultus enim auto-  
„rem iniuriae libens oppetam. Atque ideo illa  
„et nunc ab Hammone dicta reminiscor, quae  
„tunc matri tuae Olympiadi filium fore talem  
„praegnanti dixerant parturam, qui non eius  
„modo assertor esset, sed vindex quoque patris  
„foret futurus.“ Et cum his dictis moritur. Cu-

ratur igitur Philippo regia sepultura, in memoriam eiusdem omni Macedonia et reliqua Graecia conspirante.

Alexander concio rerum novitate quietiores visi esse potuerunt, de bello persico scandit Alexander paternaë statuae suggestum, et propter illam assistens ad haec verba concionatur: „O Pellae proles et Macedonum et Atheniensium Corinthique progenies ceterarumque Graeciae gentium nomina, tempus est quisquis Alexandro sese cupiat militare, ut scilicet nunc nomen labori fateatur. In eos quippe militabimus barbaros, qui nos iampridem renuntiatis, nunc vero spoliare perguntes etiam libertate. Igitur eamus ducere in servitatem Persas. His quibus turpe erat servientibus non subvenire, enim nunc etiam ipsi servimus.“ Et haec quidem dicta praesentibus edicit. Tamen it eadem illa sententia et per singula oppida civitatesque, ut una cum classibus hi, qui armorum desiderio tenerentur, ad sese confluarent. Igitur ut si incentivum aliquod divina voce intonavisset quo facilius ad eiusmodi opus studia hominum exardescerent, ita votum certamenque erat Macedonibus militandi. Alexander aedibus reseratis, quibus condita patris arma militaria visebantur, his quos inermes viderat dilargitur.

XIV. Sed enim quisque armiger Philippi aetate proiectior, gravis militiae (<sup>1</sup>) laborisque pertaesus, negabat se idoneis conatibus fore, acetate scilicet sua praesentibus refragante. Ad haec Alexander: „Equidem, inquit, veridicentiae isti testis accedo, nec labores vestros, quos praetenditis non astipulor. Enimvero militiae ius eiusmodi res est, uti magisterio callentium ordinata, mox fiducia virorum exequenda sit. Perpetria quippe veteris usus ruditis manus audacia (<sup>2</sup>) dirigenda est: quorum alterum vos, alterum iuventus existimator. Nam ut ille iuventutis fervor ad audaciam promptior, ita inconsultior ad cautionem: ac sic eorum bona copta plerumque malos eventus reperiunt. At vero ista maturitas vestra etiam arduis quibusque faciles exitus parit et desideratos eventus, quoniam perito consilio manum duci commodebat obsecuturam. Par est igitur, inquit, vos meo commilitio numerari: non ut ipsi bellorum urgentia subire cogamini, sed ut iunioribus manibus consilium vos faciatis. Alterum quippe alterius egere quis dubitet? Cum, nisi per prudentiam vestram illorum titubantia sit directa, perfracto praesidio iuventutis, in se-

(1) Cod. de vi militiae. Conferatur autem Iustinus XI. 1.

(2) Nempe audacia quae est rotuli ruditis manus. Vel corrigendacie.

Eiusdem concio ad seniores.

,nores periculum vadat. Contra autem si recti  
per vos voto fruantur, vos quoque gloriae parte  
potiore celebremini. His dictis eos quoque,  
quos senium iam obsederat, in sententiam su-  
am vicit.

Alexan-  
di exerci-  
tus et pe-  
cunia. XV. Connnumeratis igitur et veteri milite et  
quos ipse recens scriperat, congregat Macedo-  
nas quinque et decem milia pedites, auxilia di-  
versa in octo milibus, equites vero indigenas  
septingentos et duo milia, levis quoque arma-  
ture Thracas numero octingentos. Unde hoc  
numero cum veterano milite congregato ·DCLIII·  
ad ·LXX· milia militantium erant <sup>(1)</sup>. Tunc viae  
sumptum a Philippi thesauris collatumque studen-  
tium rebus suis auri talenta ·LX· cum ·CCCC· qua-  
Expeditio tuorque et decem milibus cogit <sup>(2)</sup>. Classi ergo  
in Thra-  
ciam.  
elaborata in Macedonia tam longis quam one-  
rariis navibus, transit in Thraciam, quae sibi  
patris Philippi virtute quaesita hereditarium stu-  
dium deberet atque deferret.

(1) Mirari subit quod I<sup>r</sup> Valerius tam diligenter numerum  
inest militum Alexandri, neque septinginta mille sexcentorum  
quinquaginta quatuor. Atqui hie numerus duplo fere maior est  
quam apud alios veriores scriptores.

(2) Neupē quatuordecim milibus quadrigenitis sexginta. Est  
zutum insigne signum. Plutarchus enim de fortia. Alex.  
(ed. Paris. an. MDCXXXIV. T. II. p. 527.) sit Alexandre per id  
tempus fuisse in aerario talenta ad summum LXX. Curtius (x. 2.)  
Atrianus (vit. 9.) serilium cum reperisco in patris arca talenta  
ix LX. hec autem alieni d. Atrianus addit; Alexandre  
munitum ab amicis DCCT.

XVI. Unde illic etiam rebus ad ordinem redactis, <sup>P. B. S.</sup>  
quod sibi ea gens studiosius obsequeretur, lectissimos <sup>F. B. V. L. O.</sup>  
queque et argenti talenta cccc viribus suis cum adje-<sup>S. A.</sup>  
cisset, pergit ad Lycaoniā, cui nunc aetas recens no-<sup>Alexander</sup>  
men Lycania dedit. Igitur eius loci magistris <sup>in Siciliam</sup>  
al amicilam communī sacrificio federati; tra-  
mittit prolinus ad Siciliā, atque ibi signa forte  
ab obsequio refragarentur oppida recepit. Exinde  
Italianam transiens, legatione pariter et honore poti-  
tur Romanorum <sup>(1)</sup>. Per Aemilium quippe tunc consu-

(1) Alexandrum macedonem vel in Italianam venisse vel omni-  
no negotiū aliquid eum Romanis gessisse mera fabula est. Multa  
taumē suāt, quae huius rei contingētā assam praeberuerat. In  
prīmis bellū eodem tempore Italīe illātum ab Alexandro Mo-  
losorum rege, qui avunculus erat Alexandri magi, frater nem-  
pe Olympiadis. Iamvero scriptores nisi remoti aetate ab his  
gōsis aut non satis eruditio molosum Alexandrum cum macedonē  
commutarearent. Deinde plura apud veteres etiam auctores  
vestigia erant, ex quibus non temere suspicari literet, Romanos  
quoque ad res Alexandri gestas pertinuisse. Clitarchus quidem  
aequalis Alexandri, legationem ad hunc Romanorum dicitur a  
Flinio (III. sec. 9.) narravisse. Menanor historicus apud Pho-  
tium (cod. CXXIV. p. 726.) minores litteras memorat Alexandri  
ad Romanos quām in Asia esset trāiectus. Strabo (lib. v.  
p. 232.) expostulationem Alexandri eum Romanis refert, quod  
hi imeti Hetruscis piraticam exercerent. Plutarchus (de factis  
Roman. sub finem) imminentem Romanis Alexandrum piogit,  
nisi morte immatura occuperetur. Alexandrum cogitavisse de  
adeundo Siciliā et de Romanis imperio mo adilectiis ait quidam  
etiam apud Arrianum VII. 4. Curtius (x. 4.) deliberatum  
Alexandro in Italianā iter scribit. Quin et Livius hanc qualē-  
cumque opinionē non ignorasse videbet, proscriptum sī lib. ix.  
cap. 16. legendum est, iti nonnulli autem sunt: Quin enim (Pa-  
piriū Cursorem) parentē destinabant animis magno Alexandro  
ducem, si uenu, Asia perdolet, in Europam vertit: eam  
que lectioem confirmare videatur codex Livii ambrosianus (D. 542.  
part. inf.) in quo legitur destinatum. Sed enim vera lectio cre-

*lemonia corona ei auri pondo et insignita etiam margaritae honoraria datur ad argumētū amicitiae perpetuo post futurae<sup>(1)</sup>: idque Alexandro magna gloria fuit;*

denda est destinant (qui favent et tres Livil codicis ambrosiani) ita ut referatur ad posterorum iudicium. Alioqui sibi turpiter contradicerebant Lívius, qui mox esp. 18. ait, arbitrii se Alexandrum ne fatus quidem Romanis notum fuisse (quoniam ob rem obliviosus arguitur Lívius a Mureto lib. xv. *Var.* esp. 14. et a Baylo in *Italia vob. Macedoine*). Ceterum ut Lívius sapienter fecit, qui hanc rem entenere atrigit, quatenus quereret, quinam eventus romanis rebus, si cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit; ita temere admodum dixit, Alexandrum ne fama quidem Romanis innomuisse videtur. Asine enim universitate domitor, Alexandriacae conditor, Alexandri etiam milites (qui tunc in Italia bellavit pacemque cum Romanis fecit teste spio Lívio viti. 17.) ex sorore nepos, quo pacto Romanis ignotus prorsus fuisse?

Hactenus ex dixi, quae occasionem fabulae de Alexandri cum Romanis congressu dederunt: quoniam quidem fabula, propter Iulium Válérium, persuasissima sibi videtur Malala (*Chronogr.* p. 246). Præterea eamdem narrat Pseudo-Callisthenes, codex græcus et codex latinius ambrosianus, et denique *gyptius historiens* Makriinius (esp. de *differentia inter Alexandram et Dalmatianum*), cuius arabicum scriptum et in regali Parisiensi codicibus recente Sanctierius (p. 182. n. 5.) et nos ipsi in ambrosiana bibliotheca cum alijs Arabum copiis servamus (part. inf. C. 87. cuius vide p. 445).

(1) Dionysius Halicarnassensis Antiq. rom. (ed. mediol. an. 1816). XVIII. 5. ait, 'Q' Aemilius consulare irisse legatum ad Pyrrhum cum Fabrio et P. Cornelio. Id milii suspicionem iugosrit, bellum Pyrrhi adversus Romanos communitari ab Aesopo cum facta Alexandri in Italiam expeditione. T' Aemilius consul ecessit anno Urbis conditae ccccxxv. At Alexander regnare caput tribus annis post. L. Aemilius consul fuit anno Urbis ccccxxv. tunc vero Alexander Perse domita Hyrcaniam et Bæstramis bello vastabat. Consul Aemilius intermedius videtur nullis fuisse. Respus autem veritatem in fabula curiosus quarere stultus est.

(2) Huius coronæ meminat etiam Memnon apud Photium cod. ccxxxiv. p. 726.

amicitiamque amplectitur, et verbis liberalibus Aemiliūm honoratum remittit. Addunt tamen Romani et militūm 'II' milia et argenti talenta 'cccc' coque amplius fore datusse sese respondent, nisi bellum adversus Carthaginenses intentissimum ageretur<sup>(1)</sup>.

XVII. Indidem Tyrreno transmissō cum Africām Alexander quoque appulisset Alexander, eius gentis illi<sup>(2)</sup> magistratus in stratis obviantes precari sunt ausi<sup>(3)</sup> ut a se vis<sup>(4)</sup> romani exercitus amoiretur. Sed haec dicta non modo ad favorem régis animum non convertunt, verum ignaviae increpitos tali responsione dimittit: Quod boni Carthago consideret, si aut melior hostibus foret, aut potioribus praecpta dependeret<sup>(5)</sup>.

XVIII. Hinc igitur pergens paucis admodum comitatus omnem Libyam peragravat, itaque ad Hammonam, qui locus deserto Aegypti celebatur, ipse contendit. Enimvero exercitus multitudinem navibus superpositam Pharum destinat. Ipse ergo Hammona veneratus, operatisque lageribus sacrificiis, praesidium sibi operis et coeptorum veluti a Deo patre depositum: quippe eius fabulae tenax, quod huiusc Dei cum matre per somnum fuerit coniugatio. His deni-

Peregrinatio ad Hammonem.

(1) Cod. ribi. (2) Cod. precari sunt ausi. (3) Ita cod. vir, habet enim significacionem quoque passivam r̄d. amulor.

(4) Bellum panicum primum anno Urbis ccccxc. susceptum est. Alexander magnus ante annos LX. vitam cum morte consumaverat.

(5) Carthagini Alexandriae infensum ait et Curtius x. 4. Hanc tamen sententiam non de Carthaginensibus sed de Romanis prolatam ab Alexando scribiti Memnon loco super citato.

que verbis Denni convenit: „O pater Hammon,  
inquit, siquid materni seminis est verum, ea-  
que mater conceptus nostri ex te principium  
est sortita, quaeo uti istud astipulare (a) pra-  
senti mihi ut filio praestes.“ Igitur doctus evi-  
dentibus monitis, non absque Numen illud (b)  
curam esse sui, et templum Deo operosius et  
augustius fabricatur, et ad prodendam militibus  
confidentiam, PATRI HAMMONI id fecisse in-  
scriptione testatur (c). Tunc responsum etiam  
quaesitum a Deo, et quō sibi monumentum im-  
perii sui aliquod instaurare fas esset? Animo  
quippe conceperat urbis quam maximae condi-  
tum. Ergo per somnum sic eiusdem Dei allo-  
quio fruitur:

Hæc tibi, rex, Phoenix (3) lunatus cornibus (4) ala-

### Nomen si pergas ayo celebrare pereconi

Urbo tibi condenda est gra stat Proteus tellus.

(a) Ita cod. *antipodare*.

(1) Ita evidenter codex. Hoc autem syntaxeos genus Eruditorum ingenii indicandum permittimus.

(2) *Inscriptio est in codice græco ambr. ΠΑΤΡΙ ΘΕΩ, ΑΜΜΩ, ΛΑΖΑΝΔΡΟΣ.*

(3) Cod. *Phœbo* vel *Phœba*. Iamvero Hammoneum apud Argypios fuisse symbolum solis tot argumentis tantum veterum autoritatum confirmat Ishlersius (*Panthœon aegypt.* lib. II. exp. 2. ff. 5—9.) ut verbum addere supervacuum sit. Additamen, id confirmari etiam nummis quibus impressus est Hammoneum cum globo capiti imminente. Vide Eckhelium doctr. num. vet. T. IV. p. 34.

(4) Locum declarare videtur mihi Eusebius Praep. ev. III. 42.

Præsidet et Numen cui Dile potenter ipso (1)  
Vertice quoquevniugo rerum secreta gubernans.

Ad haec doctus Alexander tali responso, omni diligentia rimabatur quam Protejam insulam Dens vellet, quidve illi Numinis praesideret.

XIX. Quae etiam tunc animo voluntans (<sup>a</sup>), Parato-  
peractis rite sacrificiis indidem proficiscitur.  
Multo denique itineris exanclato, apud vicum  
Astrata fessum commilitum refecit (<sup>b</sup>). Ibi au- FABVL.  
tem rex cum forte in agro, ut assolet, spatiaretur,  
cervam intuitus pascuis occupatam, unum ex his qui  
destinandis sagittis sollertia habebatur, iaculari be- S.A.

#### (n) *Cod. miscellanea*

ἄλλο ἀσθενέας καὶ πελέμενος, καθαλό τοις μεταπνοίαις, καὶ  
βασικαῖς, μέγας τύραννος Κύρου, εἰς οἴνους μάλις αποκαθήθη. Απ-  
λεῖ δὲ δέ τοι τοῦ μακρού τύραννος Πλατώνος αὐτῷ κατέρα, τοῦ ή  
καὶ σύνοδος ὅτε καὶ σφέρας Ἀριδού Ελεφαντοπόλιον (whence  
Λαζητή) quoddam simulacrum (Dei cuiusdam anonymi) vener-  
abatur, quod uiderit ipso quidem corporis trunco vidente prae-  
fert speciem, arietis vero caput habet, in eoque proprium ac  
primorum insigne, hirci cornua, quibus circularis dici figura  
intestatur. Et arietina quidem facies, caprinaque cornua, sol-  
lemonium in arietis signo solis ac lunas congreessionum represe-

(t) *Nimirum Serapis*, quem ab Aegyptiis habitum pro sole infero seu Plutone sati compertum est apud mythicos. Vide certe Aristidem orat. in *Serapideum*. Reliqua huius oraculi lucide explicatur deinceps.

(2) *Centum in Hammonia Parsonium* ab Alexander dicti Eusebius in chronis tabulis ad olympiadem CXIII. Iam in Hammonia nomine *Castris Alexandri Prolemaeas Geogr.* IV. 5. is τὸν Ἀλεξανδρεῖον ἄστρον παραβολέαν. At *Curtius* IV. 7. apud quem Alexander ex Syria ingreditur in Aegyptum, de *Castris Alexandri* in Aegypto post Graam loquitur.

stiam iubet. Qui cum non ex opinione praeindicata fecisset, leviusque ictum animal evasisset, exclamasse Alexander fertur graeco scilicet verbo, quod remissior arenis et intentio sagittam inbecillius exegisset para tonon istud factum<sup>(a)</sup> videri. Ex eoque dicto<sup>(b)</sup> Paratonium etiam post frequentatas urbi nomen ibidem datum<sup>(c)</sup>.

**Taposiris.** XX. Hinc porro ad locum, qui vulgo Taposiris diceretur, appulit. Inquirens autem<sup>(d)</sup> nominis causam accipit ab indigenis sepulchrum Osiridos illic esse, quod a veteri compositione Situs con- corruptum Taposiridus dictus esset. Operatus dite Ale- igitur illisce Deo, ad id loci transit, quem ex- pandit. extensem quidem magni et uberis aquoris pul- chritudine miratur, frequentem autem<sup>(e)</sup> com- manentium conventiculis. Sedecim quippe et<sup>(f)</sup> instar urbium vicis decoriter admodum distinctis atque dispositis consistit, quorum magnitudini honor et cura deferebatur. His sedecim deses-

(a) Cod. futur. (b) Cod. dictum. (c) Cod. tamen. (d) Ita cod. et.

(1) Noster quidem Auctor originem nominis Paratonii parum creditibilium narrat: Sed enim haud levius peccatum in Eusebiano chronico cum dicatur Alexander post Hyrcanos et Mardos captios reversus, in Hammone (seu Hammonia) Paratonium (seu Paratonium) condidisse.

(2) Cod. tamen. Particulans scilicet graecam & non autem sed tamen saepe T. Valerius explicat, quod vix probabam.

silibus<sup>(g)</sup> flumina quoque duodecim interrabant, pariter omnia vergentia iuxtim in mare, sicuti nunc etiam ad memoriam veteris insulcationis datur visere. Quippe quamvis congregatu postea sint ad aequoris uniti faciem exaequata, quisquis tamen ille ductus fluminis fuit, is nunc plateis apud Alexandriam tractus est: sed duo tantum ingressus fluminum reservati: ceteri nomina partibus oppidi praestiterunt. Igitur<sup>(h)</sup> omne spatium eo loco, cui Interdidum vetus nomen est, usque ad Hermopolim urbis eius ambitu<sup>(i)</sup> occupatum est. Sed enim nomen hoc longe secus ac se veritas habet in usu appellationis resedit, Hormo enim polis non Hermopolis dicta est, quod portuosius illic alveus Nili latiusque in latera descendens, fidam stationem<sup>(j)</sup> navibus per sese labentibus faceret.

XXI. Hanc igitur urbem nominis sui appellatione dignatus in omnem, quantum visi da- tur, magnificentiam laboravit<sup>(k)</sup>: quamvis Cleo-

Alex- dris archi- tecti.

(a) Ita cod. Hand scio an scribendum sit his redactus residibus ant sensibitis. (b) Cod. igitur. (c) Scrib. jugiter. (d) Cod. ambitum. (e) Cod. maximamorem.

(f) Ante T. Valerium editum nemo Alexandriam copiosius describat quam Strabo xvi. p. 791. et seqq. quem conferre cum hoc nostro Auctore pretium operis erit. Immo quoniam exp. xxv. scriptor hic sive Aesopius sive Valerius se prodit Alexandrinum, hoc quidem in re non spernendam sibi vindicat autoritatem.

menes<sup>(1)</sup> Ecnaueratus<sup>(2)</sup> et Dinocrates rhodius<sup>(3)</sup> in eam sententiam non accederent, ut tantam illam urbem, quanta nunc est, nisi deberet: quod neque repleri aedificiorum spatia et tecta<sup>(4)</sup> turbis competentibus opinarentur, nec repleta ali facile potuissent. Ex quo fore arbitrabantur bella frequentia vel necessitate querendae alimoniae ab ipsis incolentibus ineunda, seu opulentia praevalerent seu viribus deficerent, dum aut impeterent aliquid aut peterentur. Quippe moderatum urbium statum et consiliis

(a) Cod. et ita.

(t) In architectis Alexandrii Cleomenem numerant etiam Iustinus XIII. 4. et codex graecus ambr. At Arrianus III. 5. Cleomenem propositum Arabus ab Alexandro dicit. Curtius IV. 8. Africae et Aegypti vestigibus, scilicet postquam Alexandrii aedificaverat, ut dic Iustini loco citato.

(2) Cod. Cleomenes ac Neutratus, et cap. XXXIII. Cleomenes de Neutrato. Arrianus III. 5. habet Χαροπης την Εκναυρατην ιαντινην ut sit unus idemque vir. Iamvero si ad primum 'I. Valerii locum respicias, facile putes errore librarii factum ac Neutratus pro Ecnaueratus: si ad secundum, non immerito suspicaris ipsum 'I. Valerium voculum Aesopi Εκναυρατο interpretatum esse de Neutrato. Quae uicemque res se habuit, locum ego ad Arrianum exegi, quamquam nec Arrianus varietatem locutionis caret.

(3) Dinocrates architecti memiserunt Ammianus XXII. 16. Vitruvius praef. lib. II. Silius XXXII. Valerius Max. L 4. aliquie. Corruptum videtur nomen Dioclesares apud Plinium V. sect. II. et XXXIV. sect. 42. Ansonium Massell. v. 512. Codex item graecus ambr. prave habet Ιτρωνερος. Quin et alias corruptiones Dioclesares et Χαροπης et Διοκλητης emendat Salmasius exero. plia. p. 557. h. G.

facilius cedere, et ad sustentationem sui promptius occursare: amicum siquidem multititudini, nec facilis sui apud omnes singula dinoscantia<sup>(1)</sup>, atque etiam difficilis et conspiratio.

XXII. Quamquam igitur longe auctius rex Alexander spatiis locorum amplitudinem fore, tamen ad sententiam persuadentium ire aliquanto contractius sivit ambitus lineam. Quare facesserat<sup>(2)</sup> magnificantiae animo contemptae<sup>(3)</sup>. Longitudinem quidem urbi procurat ab eo loco cui Draco nomen est (Est autem pars supradicti Taposiris<sup>(4)</sup> usque ad locum cui Agathudaemonis appellatio manet). Latitudini vero indulget<sup>(5)</sup> a Canopo usque ad locum qui Eurylochi vel Melanchium dicitur. Iubet igitur omnes quique per ambitum usque ad lapidem tricesimum coluiscent, universos eodem commigrare, locumque omnem unde ad oppidum convenienter, suae editioni<sup>(6)</sup> servire. Et haec quidem super spatio urbis eius accipimus.

(a) Cod. facesserari, tum factum eadem manu facesserat. Mili scribendum videtur: Quare facessendum ratus a magnificantia animo contenta (vel concepta), longitudinem quidem etc. (b) Nempe contentus. Codex habet contemptus. (c) Cod. indulgent. (d) Ita cod. hand solo ac pro aedificatione.

(t) Nempe: nec dinoscantia singula vel facilis apud omnes, quare et sit difficilis conspiratio. Et nota vocabulum dinoscantia.

(2) Cod. Taporis. Sed recte cap. xx.

Alli architec- XXIII. Adhibitis autem <sup>(a)</sup> rex architectori-  
teeti Ale- bus <sup>(b)</sup>, qui ex arte nobiles et celebratores ha-  
xandriae.  
bebantur, ut Cleomene Ecnaucrato <sup>(c)</sup>, et Olyn-  
thio, et Eratco, Herone etiam Libii qui cum  
fratre Epomeno erat, accepit omne <sup>(d)</sup> magnifi-  
centiae huiusce monumentum in eo posse tuto  
consistere, si antea quam fundamenta urbi ia-  
cerentur, subductions aquae purgamentisque re-  
linquendas <sup>(e)</sup> procuraret: quibus iugiter ablatis  
dirivatisque atque in mare perpetuo dilabenti-  
bus, neque aedificiis perniciem aliquam reman-  
suram, et ab hisce, quae intervenire corrum-  
pendo atri soleant, purgatus oppidum fore. Ela-  
boratis igitur his cloacis, quibus haud facile ca-  
paciore ulla <sup>(f)</sup> urbs habeat <sup>(g)</sup>, omnis post id  
operum imposita molito.

Maxima- XXIV. Quare cum hae urbes, quae in omni  
urbi- orbe terreno maxime celebrantur, in haec spa-  
num spati- tia numeratae sint; Syriaeque sit civitas vel am-  
spati- plissima Antiochia extenta stadiis octo pedibus  
fue- septuaginta duobus; Carthago vero, quae prin-

<sup>(a)</sup> Cod. tamen. <sup>(b)</sup> Cod. de Neocrato. <sup>(c)</sup> Cod. annem. <sup>(d)</sup> Cod. reliquias. <sup>(e)</sup> Cod. captivas illa.

<sup>(f)</sup> Nota vocabulum architector quod apud Plautum *Mortell.* III. 2. 75. legehat Tusebus.

<sup>(g)</sup> Alexandria (inquit Hirtius de bell. Alex. cap. V.) est  
fere tota rufissa, specieque habet ad Nilum pertinentes, qui-  
bus aqua in privatua domo inducitur.

cipatum Africae tenet, stadiis decem porrecta  
videatur stadiique parte quarta; Babylon porro  
stadiis duodecim longa sit et pedibus <sup>cc</sup> at-  
que <sup>xx</sup>; ipsa quoque domina omnium gentium  
Roma <sup>(1)</sup> quatuordecim stadiis et pedibus <sup>c</sup> at-  
que <sup>xx</sup> longa primitus fuerit, nondum adiectis  
his partibus, quae multum congreginasse maie-  
statis eius magnificentiam visuntur; Alexandriam  
mensi sunt sedecim quidem stadiis, pedibus ve-  
ro <sup>ccc</sup> atque <sup>lxxv</sup> <sup>(2)</sup>.

<sup>(1)</sup> Hinc conspicendum videtur, scriptum hoc (saltum graecorum) exaratum esse ante divisionem imperii, conditamque Constantiopolim. Namque Julianus Caesar orat. I. in Constant. p. 8. B. dicit Constantinopolim maximum uehem post Romanum: quare et illius mentio facta esset ab historico.

<sup>(2)</sup> In harum urbium describendis mensuris nihil aliud pro-  
fecto denotat <sup>1</sup> Valerius, quam ex situ diametrum. Proderit  
autem et ex aliis auctoribus mensura urbis Alexandriae hinc  
loco subiungere. Ait igitur Strabo xvii. p. 793. "Ego Χαροπόδες τὸ ἀλόγων τοῦ οἰκου τὴν πόλιν τὸ μέτρον τοῦ ποταμοῦ πλεύσας θεοὶ τῷ αρχαιοτάτῳ, οὐαὶ πρώτους στάδιους Ελλάς διδύμους· τὸ δὲ τοῦ πλεύσεως εἰδούσι, θεοὶ τῷ δέκατῳ στάδιοι τελεῖσθαι, εφεγγίπαντες τῷ μηδεὶ διδύμοις, τῷ δὲ τῷ κέρκοι·  
Urbis solum clamydis figuram habet, enīs latera, quae in  
longam tendunt, aqua circum alluantur <sup>xxx</sup>. fere stadiorum  
habentiam diametrum; latera vero, quae in latum sunt, isthmis  
stringuntur septem octoevere stadiorum, hinc mari illuc longa al-  
litorum. Iosephus de bell. iud. II. 16. Mōses; orbūs τριγύ-  
nostis στάδιους, λόγος δὲ τῶν Βαρρος θεοῖς: Triginta stadii in  
longitudinem patet, in latitudinem vero non minus decem.  
Philo in Flaccum (ed. Mangy. T. II. p. 550). Tὸ ποταμὸν  
τῶν ληστῶν οὐαὶ τῆς τοῦ ποταμοῦ διδύμους, δέκατος στάδιος  
τῷ διδύμου εἴρεται Ιλέων: Inter duas portas ei regium arca-  
mentarium fere decem stadiorum spatiam intercedit. Diuadu-

*Pharus* XXV. Occupato igitur omni solo, quod praeditis alveis atque viciis olim consitum mox urbs una contexuit; videt insulam eminus pērbrevem rex, cui nomen Pharus esse cum diceretur, coluisse vero Pharum istam Protea<sup>(1)</sup>; conlapsum etiam ibidem cerneret Proteos sepulchrum; id quidem protinus et reformari ad faciem novitatis et coli religiosius mandat: exinde civitas

*rūs XVII. 53.* Τοῦτο τὸ ἀρχαῖον, μέσην σχεδόν τοῦ πέλους τομέστων, ἄρδε τοῦτο τὸ ἀρχαῖον, τοπογένεσια μὲν στάδιον τὸν τοῦ πέλους. Αἰδίνην (Alexandriam) plates recte, magnitudine et eleganter admirabiliter longitudo eius, qua a porta ad partem excurrerit, quadraginta stadiorum. Hī tamen antores Alexandriam, uti se habeant sub Caesariis primis describunt. Non ipsum ambitum antiquae urbis narrat Plinius V. sect. 12. Metrae est eam Dioclesarchus architectus xv. milibus passuum laxitate inessa, ad effigiem macedoniane chlamydis orbe gyrate laciniatae, dextra laevaque angulo procreata: iam tamen quinta sita parte regas dicata. Curtius item rv. 8. Elegit (Alexander) urbi locum, ubi nunc est Alexandria, appellationem trahens ex nomine auctoris. Complexus quidquid loci est inter paludem et mare, octoginta nadiorum maris ambitum destinata. Et Alexandria quidem ulla romane urbe amplior, mox infra hanc decrevit, ut ipse T. Valerius innuit, ita tamen ut proximum illi locum teneretur teste Josepho de bell. Ind. lib. rv. in fine. Quare et Romæ appellationem in numeris interdum sortita videtur. Consule Zoëgan num. aegypt. p. 1—2 et in addendis p. 395.

(1) Consonant Homerus *Odyss.* IV. 555. et seqq. Virgilii *Aeneid.* XI. 262. Lucanus X. 509. Philostratus *vit. Apollon.* III. 24. Ammianus XXII. 56. De Proteo Aegypti rege legendus Herodotus II. 112—121. qui et eundem fano memphiticis honosatum narrat.

Pharos est: eiusque mos ad nos usque prolapsus Sacrum inter nostros<sup>(2)</sup> Heroös dicitur.

XXVI. Additur tamen ad fabulam<sup>(3)</sup> metatae Spatiū primum discretaeque urbis huiusc, quod cum condenda Alexandri lineae ductae ab architectis forent, quibus spā se ferintū et descriptio metatae urbis notaretur, subiecta sit lineae farina pro pulvere. Sed ubi id factum fuerit, mox congreges multi numeri et generis aves eodem advolavisse, raptimque omnem illam de farina lineam obligurisse. Id ergo portenti turbulentius Alexandrum formidantem consuluisse protinus peritissimos conjectorum, eorumque sententia rescivisse<sup>(4)</sup>, civitatem hanc non suis modo verum peregrinis etiam populis ad alimoniam ubertim fore. Ut enim in illo avium numero non solum indigenae, verum advenae etiam atque undique versus adlaspae, iacto polline avide pastae sint; ita hominibus quoque et incolentibus et appellentibus urbem hanc fructuosissimam fore<sup>(5)</sup>.

(2) Cod. recivis, mox eidem manu addita alia lectio conspicitur.

(3) Hinc colligas, vel Aesopum vel T. Valerium fuisse Alexandria.

(4) Nempe ad narrationem. Julius enim Valerius fabulosus scriptor inique diceret fabulam id quod graves auctores narrant Strabo, Arrianus, Valerius Max., Plutarchus, Ammianus, Auctor Itinerarii.

(5) Hinc ab Hirtio de bell. alex. cap. III. dicitur Alexandria urbi fertilissima et copiosissima. Confer et Strabonem XVII. p. 795.

Agathio-  
daemon stat principium ex meditulio esse factum <sup>(1)</sup>,  
serpens. idque etiam nunc nomen in ea urbe retineri,  
quod Mesonpondio <sup>(2)</sup> vocetur. Coeptis autem  
molitionibus, surgere visitur draco quidam ter-  
ribilis magnitudine ac maiestate, qui plerumque  
opifices incursabat, eiusque nonnihilum impe-  
diri operae videbantur non minus metu visen-  
tium quam religione <sup>(3)</sup>. Quod cum in aures  
Alexandri perventum foret, lubet <sup>(4)</sup> insequenti  
sub die, sicubi forte sacra illa belua videretur,  
omnes undique confluentes necem draconis mo-  
liri: idque naviter factum, oppressusque eo loci  
est draco ubi nunc Scaam vocant: et sepulchrum  
tamen draconis consurgit opere admodum labo-  
rato <sup>(5)</sup>, et iuxtim Alexander iubet coronarias

(a) Ita cod. Additur autem recentiore manu in margine pro-  
scriptio. (b) Num scribendum inde?

(1) Curtius iv. 8. Alexander ab Hamone residens, ut a  
mari ad Marecum paludem, hanc prout insula Pharo situm,  
venit; contemplatus loci naturam, primam in ipsa insula statue-  
rat urbem novam condere. Inde, ut adparuit, magnae sedis in-  
sulam hanc capacem, elegit urbis locum ubi nunc est Alexandria.

(2) Simile prodigium anguis erumpentis e substructionibus nar-  
rat Livius I. 56.

(3) Sepulchrum Agathodæmonis (uti mox appellatur hic  
draco) memorat Abd-Allestius in Aegypti descriptione edita  
a summo viro Silvestre Socio p. 277. Hoc est vetus illud snel-  
lum Serapidis sive Iidis quod Tacitus hist. xv. 24. sit existuisse  
ante Ptolemaeorum auctoratum in loco cui nomen Rhacotis.

quoque opificinas adiacere: ut quod haec bestia  
familium quoddam templis praestare videba-  
tur DAEMON MELIOR <sup>(6)</sup> appellaretur, ipse quo-  
que divina quadam religione coleretur. Quae Montis  
cum multa sint Alexandriæ <sup>(7)</sup> et alia vel mi-  
xanda, mons quoque propter illic visitur ex origine.  
congestu, quem incuriosi vetustatis naturalem  
etiam opinantur. Sed ea moles egestis undique  
terra atque ruderibus, quibus fundamenta sint  
moenibus exhausta <sup>(8)</sup> vacuataque, coque collatis  
ac superfusis, hulusmodi erecti et ardui montis  
magnitudinem sumpsit.

XXVIII. Omnem autem <sup>(9)</sup> moenium varieta-  
tem distinxit nominibus et secrevit sub appella-  
tione graecorum elementorum <sup>(10)</sup> primarumque  
quinque litterarum <sup>(11)</sup>, non utique quod hoc re-  
gi sit tantummodo libitum, verum uti ex hisce  
litteris sui nominis perpetuitas in urbis parti-  
bus celebraretur: significante scilicet prima lit-

(a) Cod. Alexandria. (b) Cod. axantia. (c) Cod. tamen. (d) Cod.  
elementorum.

(1) Scilicet Agathodæmon, de quo copiose disputat Ishbom-  
ius I. 4. Serpens Agathodæmon et appellatur ab Eusebio  
Praep. ev. I. 10, et in multis visitur munera Alexandrinis. Pro-  
lemaeo Geogr. IV. 5. Agathodæmon est aives Nili occidentale  
latus τοῦ Delta defensionis.

(2) Confirmit Philo in Flaccum (ed. Mangey. T. II. p. 625).  
Πίνεται μάλιστα νέρον, ἀπόφεσσε τὸν πλέον τραχεῖον τὸν  
δηραπαύτερον θεόν: Quinque sunt urbis (Alexandriae) regiones,  
nomen sortitus a prioribus scriptis vocis litteris.

tera nomen Alexandri, secunda vero regis ex graeco, tercia porro generis, quarta etiam Iovis, quinta sese fecisse<sup>(1)</sup>. Sic enim quis ha-  
sce quinque orationis partes usurpaverit graecā  
linguā, inveniet his nominibus ac verbis pro-  
nas<sup>(2)</sup> has litteras fuisse p̄aepositas, quod<sup>(3)</sup>

ALEXANDER REX GENVS IOVIS FECISSET.

Cultus serpenti- XXIX. Sepulchro autem<sup>(4)</sup> draconis illius  
tum Ale- iam perfecto, cum trabes quaedam qua ad gres-  
xandri. sum<sup>(5)</sup> eius columnas impresserat, casu repen-  
tino corruisset dissiliuissetque<sup>(6)</sup>, angues con-  
plusculi indidem emersisse sunt visi<sup>(7)</sup>, hique  
reptabundi prout cuique ad lumentiam impetus  
fuit, constructarum domuum penitralia<sup>(8)</sup> inva-  
sere. Quod cum ipsum quoque terrible admoni-  
dum videretur, non cunctanter arioli pronun-  
ciavere, hos quoque daemonas et praesules lo-  
corum esse, domibusque singulis colendos pro  
Diis penatibus tradi oportere<sup>(9)</sup>. Eiusque mos

(a) Cod. quod et. (b) Cod. tamē. (c) Cod. adgrestion. (d) Cod.  
dissiliuissetque. (e) Ita cod.

(1) Ἀλεξανδρεῖς βασιλεὺς γένεται Διός ἐπείγοντι vel ἀπεί-  
(2) Id exprimitur rectione manu in margine sic : □ □ □ □ □ □.

(3) Sic et Theodorus Hist. eccl. V. 22. e Serpidis signo  
amputo narras agmen nostrum erupisse.

(4) Serpentem aliquip boni omnis risus esse veteribus saec-  
constat ex Homero Iliad. II. 505. et seqq. Virgilio Aeneid. V.  
84. et seqq. Heliogabalum imp. haluisse Romae aegyptios dra-  
cones quos illi Agathodemonas vocarent, narrat Lampridius

vivit et adhuc Alexandriae religiosus est sub pe-  
nitentiū Deorum honore, et aestatis diebus sue-  
tus coli more religionis eiusmodi. Polentam ex  
tritico quod sit esui anguibus iacent, et coro-  
natis optimatum mos est templum Herois scan-  
dere, cui talia scilicet anguina<sup>(1)</sup> obsequio fa-  
mulentur. Quod autem oraculum regi somnio  
dato quinqueverticem<sup>(2)</sup> fore urbem somnio pro-  
nunciavisset<sup>(3)</sup>, advertens diligentius, invenit  
eius unius loci esse eminentias quinque, quibus  
in cetero aequore extuberantibus decus urbis  
est maximum, constructa arā quam maximā in eo  
colli, qui adversim<sup>(4)</sup> Heroos locum visitur erigi.

XXX. In ea igitur ara Deo summo rerum  
praesidi opulentioribus sacris et religiosius ope-  
rabatur cum prece tali:

Quisquis tu Deūm rex es, qui praestare dieris  
Huic terrae mundisque istum intermedium<sup>(5)</sup> regis,  
Recipias queso sacerdotum hoc, litaniisque milii  
Auxilio fias rebus pacis et bellicis.

(a) Cod. quinquevertice. (b) Cod. aduersi. (c) Cod. intermine.

in illius vita cap. xxviii. Plutarchus in Amatorio (T. II. p. 755.)  
duos Aegyptios litigantes representat, quod quem serpens ar-  
repulisset quem Agathodemonem appellabant, cum uterque sibi  
vincidaret. Serpentes sacros apud Thebas aegyptios religione  
quodam observatores, eodemque plane hominibus innoxios, tradit  
ipse Herodotus II. 74.

(1) Nota angues genere neutro.

(2) Recole cap. xviii.

Alexan-  
dei quin-  
quevertex.

Sacrifi-  
cium Ale-  
xandri.

Et his dictis exta flammis ex more inferebat. Enimvero involans invisitatae magnitudinis aquila exta quidem e manibus Alexandri praeripit, transverso volatu quam tranquillissimo aëris intersitum spatum [secans], et alteri cuidam aerae procul exta quae praeripuerat superponit. Quem depositi locum cum quidam e speculatoribus regi nunciasset, properato eodem venit, agnitusque extis quae sacra ales advexerat, videt templum illuc vetus magnitudinis religiosae, quodque aevi longinquitas superasset ac diruisset, simulacrumque intrinsecus sedens ex ea materia figuratum, quam dinoscere homini virium non est<sup>(1)</sup>. Sed propter sedentarium Deum adsterat puellaris effigies spectabili magnitudine et<sup>(2)</sup> pulchritudine veneranda<sup>(3)</sup>.

(a) Cod. pro et habet eo.

(1) Sive dubio tertio est de Serapidis signo. Loquitur autem Auctor plane ex veterum idololatriarum doctrina. Namque horum alii, teste Clemente Alex. Protrept. ed. Oxon. T. I. p. 42—45. id signum humanae manus factum esse negabant. Alii ex auro, argento, aere, ferro, plumbis, stanno et omni genere lapidum, etiam pretiosorum, concretum dicebant a quadam artificio Bryaxe iussu Sesostridis a quo post victories maximas Numen illud debeatum sit. Sane et Rufinus Hist. eccl. xt. 25. ait vulgo ereditum similem ex omnibus generibus metallorum ligorumque compositum. Theodoretus tamen Hist. eccl. V. 22. lignum dicit.

(2) Intellige Isidem. Sane Macrobius Saturn. I. 20. post aegyptium Serapideum descriptum sit: *Iis iuncta religione celebratur*. Conferendas hic locus cum libro III. cap. LXVIII. et no-

XXXI. Cumque eius religionis Numinia per- Obelisci  
cunctaretur, sese quidem accolae certim<sup>(4)</sup> scire duo regis  
Sesostris rennuebant<sup>(5)</sup>: accepisse tamen traditu veteri, si.  
Iovis ac Iunonis<sup>(6)</sup> templum illud fuisse. In eo  
obeliscos quoque duos videt proceritudinis ere-  
ctissimae, qui adhuc Alexandriae perseverant in  
Serapis templo<sup>(7)</sup> circum septa extrinsecus assi-  
stentes eius templi, quod aetas iunior labora-  
vit<sup>(8)</sup>. Sed haec saxa (quos<sup>(9)</sup> diximus obeliscos,  
quod ad veru ferreum saxy<sup>(10)</sup> sublimitas quadret)

(a) Ita cod. certim. (b) Ita cod. (c) Cod. maiorior. (d) Cod. fer-  
res taxis.

ta t. Et quidem si respiceres ad haec Taciti verba hist. iv.  
85: *Nec procul (Sinope pontica) templum vetere inter accolas  
famus Iovis Dicis: namque et maliebrem effigiem assistere, quam  
plerique Proserpinam vocent: merito putares intelligendam Pro-  
serpinam non Isidem in priore Iulii Valerii loco. Sed enim alia  
Taciti verba quae ad III. 68. recitavimus Isidem intelligendam  
emino confirmant.*

(1) Cod. Iovis Acul. Sed emendationem suppeditat codex gra-  
eus ambr. in quo legitur Διός καὶ Ἰητῶν (lege "Hpxz" iηtōn). Im-  
reto et nomen Iunonis adoratum ab Aegyptiis testantur Diodorus I. 12. Horapollo Hieroglyph. I. 41. Porphyrius de Abra. II. 55. Quin diserte templum Iovis et Iunonis antiquissimum in  
Aegypto tradit Diodorus I. 15.

(2) Hinc eras, scriptam hanc historiam certo ante Christi  
annum CCCLXXXIX. quo tempore iubente Theodosio Serapem  
debet a Theophilo patricio Alexandriae. Incolumem Serapem  
celebrat Annianus XXII. 16. Deletum luget Eusepius in Aderio.

(3) Sic distinguunt et Paeanian. Attic. XVIII. Agyrtius iηtō  
Σεράπιδος, ἵτη πεσαντα μετ' ιητων Ἀλεξανδρίου, διζελάτερος εἰ  
εἰ Μέρας: *Templorum Serapidis apud Aegyptum omnium clau-  
rissimum habent Alexandrinis, antiquissimum Memphis.*

insignita sunt et inscripta aegyptiis ac sacris literis. Eorum causam et originem cum requisisset, Sesonchosim <sup>(1)</sup> regem eorum auctorem esse dicebant, qui potitus universitatis ad sui monumentum esse voluisse, quos Diis religiosius consecraverat. Lectae denique per interpretem litterae continere sunt proditae huiusmodi gratiam:

REX AEGYPTI SESONCHOSIS ORBIS POTENS <sup>(2)</sup>

PRAESTVL MYNDI TOTIVS DEO SERAPE<sup>(3)</sup> CONSECRAT<sup>(4)</sup>.

Alexandro praedicitur  
XXXII. Adit ergo Alexander prece maxima depositique, ut si ista rata esset fama quae ministrat.

(1) Intellige Sesostrum. Iam hoc nomen miris modis varijs videlicet apud Zoëgam de orig. et usq; obelisc. pp. 16. 600. 642. Vide et interpres Diodor L. 53. Sed plane consenserit eum 'l' Valerio Iustinus Martyr apud quem Cohort. ad. Grac. cap. ix. diserte legitur Σεσούχοσι. Sesostridi nomen est Sesonchosis etiam apud Scholiastem ad Apollon. rhod. IV. 272.

(2) Rer. maximas a Sesonchosi (seu Sesostride) gestas lege apud Diodoram L. 53. et seqq.

(3) Serapini summum rerum dominum copiose praedicat Aristides orat. in euandem.

(4) Igitur duos hos obeliscos Sesostris ipse dicaverat. Sane obeliscos eius opera erecte commemoravat Plinius XXXVI. sect. 14. Diodorus L. 57. Hinc etiam cognoscas, de Iulii quidem Valerii sive Aesopi sententia Serapideum cultum in Aegypto ipsiis Sesonchosis (seu Sesostridos) temporibus, scilicet omnino ante Iuli excidium nedum ante Alexandrum. Idque notata digam est propter controversiam veterum novorumque Eruditorum celeberrimam disputacionem non Aegyptiis ante Ptolemaeos nota fuerit ea religio nec ne. Ex iis qui de antiquitate Serapidis aegyptiaci, longe supra Ptolemaeorum secentem, scripserunt, nominem legi doctiorum auctore gallicae dissertatione de Deo Serapide, cuius viri cognominatum in lexico Anonymorum T. I. n. 1414. dicitur Galliottus.

scripta sit, sese Numen illud mundi totius dominum recognosceret et eidem <sup>(5)</sup> evidenter intinmaret. Ergo quietis proximo tempore <sup>(6)</sup> eidem Deus confessus se regi magnitudine pariter ac maiestate <sup>(7)</sup> sic ait: „Nonne, inquit meminas, Alexander, sacrificantem te cum primum exta sacris inveheres, totius mundi orbis domino sacravisse, eiusque auxilia petivisse? Quae cum dicata mihi merito quoque sint in meam aram <sup>(8)</sup> transvecta, quid dubitationi relictum erat, quin eum me crederes, quem auxiliatorem tibi religionibus captasses <sup>(9)</sup>?“

XXXIII. Ad haec Alexandre de urbis <sup>(10)</sup> perpetuitate quaerenti, et an nominis sui inhaesura appellatio videretur, visus est Deus manu sese terrena apprehendisse, exinde ad editum celsumque admodum montem una duxisse, atque ibidem consistenti „Potesne, ait, o fortissime molem hanc montis in diversa transducere?“ Negitante Alexandre, addidisse: „Haec ergo similitudo est eius, scilicet difficultatis, quam de tui nominis mutatione quaesisti. Ut enim naturae viribus spes

Alexander  
dris ap-  
pellatio se-  
tema.

(a) Cod. habet eidem, sed videtur dicendum idem. (b) Cod. mesara. (c) Cod. deynasse. (d) Cod. orbis.

(1) Serapidis oraculum peti solitum per somnia dicti Strabo XVII. p. 801.

(2) Ruffini Hist. eccl. XI. 25. Simulacrum, ait, Serapis ita erat vastum, ut dextra unum paristem (adie) alterum larva perstringeret.

, ista deficit, quod mons tantus loco mutari  
queat, ita possibilitate res caret, inolitum  
nomen tuum urbi nunc conditae olim posse  
mutari.<sup>4</sup>

Vnde in  
multis  
plex  
tum Ale  
xandro.

XXXIV. Ibi adhuc petente Alexandro, ut  
sibi de fine vitae Deus aliquid fateretur<sup>(1)</sup>, in  
haec responsum est:

Prae cuncta vita commoda est mortalibus<sup>(2)</sup>  
Nescire quibus metis fata claudantur sui.  
Mens quippe hominum non videt variantias,  
Quae reformat perpes aevi aeternitas.  
Nam si cessat casum scientia,  
Laeta est timor omnis ignorantia.  
Quare id putato tute commodissimum,  
Si spes futuri nolle fedetur metu.  
Ergo hisce quae fai est instruere et praescias.  
Tu nam levatus nostra praepotentia  
Quaecumque gress sit obria sternes mitem.  
Tuncque haec revises animo liber tuo<sup>(3)</sup>.  
Urbs vero quam nunc erigis mundi deus  
Nitoris urguit<sup>(4)</sup>, cunctis expubilibus  
Saculis, vicesem temporum recursibus,  
Unaque semper fulta beatitudine,  
Frequens Deorum templis atque numine,

(a) Cod. *Prae cuncta vita commoda est mortalibus de fine certum finiisse nescire etc.* (b) Cod. *liberar tuus.*

(1) Reete Alexander de vitae suse fine interrogat Serpini-  
dem, quem superius cap. XVIII. p. 127. n. 4. diximus eundem  
esse ac Platonem seu 'Albry.

(2) Id est urguit seu vincit *deus* nitoris mundi.

Decusque viscens civium concordia:  
Oblata<sup>(5)</sup> sedes vitae quale rum, sapit  
Cunabulisque gratior genitalibus.  
Quippe ipse latis exilibus prasul Chao  
Interminat aeculorum cursibus  
Fulgida quod sit tellus hisce legibus,  
Ridens sereno vel coruscum lumine.  
Quippe astris solum sonitus iam libera  
Flabris fovent blandaque aspirantibus,  
Nequit potentum vis mediulla demonum  
Exim nocere imperioso numine.  
Est namque fatum motibus nutantibus  
Telloris lulus penita contremiscere  
Famelicque nosse celere perfumata metu,  
Tractus hales<sup>(6)</sup> (1) atque bella percita.  
Exim facessent ista cen si somnum.  
Reges multigenarum gentium honores  
Divisum summo culto exambiant  
Astris receptum cœlitumque congregem:  
Quorum frequente cultu is beatior  
Tuosque prastas numine augustissimo.  
Haec quippe sedes corpori est oxulum tuo<sup>(7)</sup>,  
Numenque nostrum hisce numeris collige,  
Sub grata primum bis centena littera  
Unum reponere numerum, et centum delice

(a) Ita cod. mox factum cœlana. (b) Ita cod. (c) Cod. rad.

(5) De morbis quibus Alexandria ohnoxa est lege Hierium  
hell. alex. cap. v. Galeum de art. curat. ad Glau. lib. II.  
cap. x.

Unumque post id <sup>(a)</sup>: tunc quater viginti sint  
Decemque iuxtim: eaque sit novissima  
Quae prima fixa est, idque sit nomen mihi <sup>(b)</sup>.

**Convivia Serapidis et Serapionis.** XXXV. Hoc igitur oraculo per quietem edo-  
ctum Alexandrum Deus cum sonno dereliquit.  
At ille exergitus recoltisque <sup>(c)</sup> verbis ac me-  
moriae confirmatis, hunc demum esse, quem  
quaereret, scilicet Serapim mundi totius domi-  
num rectoremque confirmat. Ara igitur vel ma-  
ximo opere laborata <sup>(d)</sup>, largioribus sacris tam  
animantium stratu quam odorum profusione mu-  
nificus, convivia etiam exequitur ibidem quam  
laetissima <sup>(e)</sup>. Tunc Parmenioni architecto labo-  
randi scilicet simulacula cura mandatur, ut ne  
illis <sup>(f)</sup> Homeri versibus demutaret, qui sic <sup>(g)</sup>  
elocuntur:

Cerules hinc olli <sup>(h)</sup> Saturnius annuit aree  
Aurea crenates que <sup>(i)</sup> signat mentibus almis <sup>(j)</sup>.

<sup>(a)</sup> Cod. post idur. <sup>(b)</sup> Ita cod. pro recedit. <sup>(c)</sup> Cod. illi. <sup>(d)</sup> Cod.  
demumne quarti. <sup>(e)</sup> Cod. enarrat tunc eli. <sup>(f)</sup> Cod. quo.

<sup>(g)</sup> Scilicet Serapis (nam Serapis rectius scribitur quam Se-  
rapis). Id vero nomen non confitetur nisi litteris græcis. Im-  
mo pro sub grata etc. littera suspicar scribendum sub gracia.  
<sup>(h)</sup> Confer Malalae initium libri VIII.

<sup>(i)</sup> Serapideum mire gaudenter convivilis pingit Aristides orat.  
in eamdem Cremata Serapidis sacrificia memorat Macrobius Sa-  
turn. I. 7. fumosam eamnam serapicam Tertullianus Apologet.  
cap. XXXIX.

<sup>(j)</sup> Ita se habent versiculi in codice. Atque haud scio an  
respicendum sit ad locum Homeri Iliad. I. 528.

<sup>H</sup>, καὶ κυριότερος ἐν' ὅπῃσι μένετ Κρονί-  
Αμφίδεσι δὲ ἡ πάτη θεούσινος ὑπεκτεί-

Et Parmenion quidem iussa complet, ipse  
quoque non inhonoris <sup>(a)</sup> hoc labore. Quippe  
templum etiam nunc Serapion Parmenionis ap-  
pellatur. Enimvero tibi super civitatis illius  
conditum <sup>(b)</sup> dictum habebis.

**XXXVI. Alexander porro coacto omni exer-  
citu exim ad Aegypti ulteriora contendit, classi  
iussa sese apud Tripolim opperiri. Sed iter lon-  
ge laboriosissimum militi fuit, quippe ob loco-  
rum et itineris difficultatem. Omnes tamen ac-  
colae qua perrexisset Alexander una cum Diis  
Deorumque simulatis religiosisque operationibus  
obviam pergere festinabant iuniorem Sesonchosis  
praedicantes. Quare cum Memphin ve-  
nisset, inductum eum in aedium <sup>(c)</sup> templumque  
Vulcani <sup>(d)</sup>, Aegyptii <sup>(e)</sup> regni ueste dignati <sup>(f)</sup>  
sunt <sup>(g)</sup> et sella ac sessibile Dei.**

**XXXVII. Tum ibi <sup>(g)</sup> Alexander statuam quan-  
dam nigro lapide intuetur, cum ista <sup>(h)</sup> super Necta-  
nabo inscriptione, IMPERATOREM scilicet EM QVI  
FVGA INDIDEM ABFVISSET, RVRSVS AEGYPTVM QVI  
REVENTVRVM, NON SFNIOREM, ENIM IVNIO-  
PANS S.A.  
Necianabi  
statua.**

<sup>(a)</sup> Ita cod. pro inhenorū. <sup>(b)</sup> Ita cod. conditum. <sup>(c)</sup> God. se-  
perte cui. <sup>(d)</sup> Cod. eadem, mox factum eandem. <sup>(e)</sup> Cod. Aegypti.  
<sup>(f)</sup> Cod. dignatus. <sup>(g)</sup> Cod. ille, sed ibi alias cod. lat. ascr.  
<sup>(h)</sup> Cod. illex.

<sup>(i)</sup> Templum Vulcani memphiticum, quod Sesotris statua  
olim oraverat, commemorat Diodorus I. 57.

<sup>(j)</sup> In margine codicis notatur varia lectio: Al. Aegyptii  
regni ueste dignum eum duxerat.

REM, EVM QVE FORE LOCI ILLIJS HOSTIVM SVB-  
IWGATOREM <sup>(1)</sup>. Statim igitur scripti istius causas  
diligentius querit, referique responsum, hunc illum  
Nectanabum suisse, qui, infestantibus Persis, cum  
Deorum monitu prascivisset fortuna sua lapsum, lo-  
cum <sup>(2)</sup> casum declinasset. Tam sese quarentibus ci-  
vibus oraculum datur, quod sub illa statua legeretur.  
Igitur Alexander, his auditis, involat statim statuae  
complexum ac parentem salutat, eiusque se filium pro-  
stet, ut congrue retur de responsione cum sp̄ ale-  
xandrum demirantum.

Alex-  
dri oratio  
ad Mem-  
phitas.

XXXVIII. Unum tamen mihi de civitate  
vestra miraculum est, ait, quod <sup>(3)</sup> vis barbara  
adversus huiusmodi muros potuerat obtinere,  
quos coram <sup>(4)</sup> cerno supra humanarum ma-  
nuum violentiam pulchritudine pariter ac si-  
mitate congestos: praesertim undique fluminis  
bus convallantibus, ut murorum quoque ipso-  
rum haec sit firma munitio: aditus porro te-  
nues angustique, quique agminibus militaribus  
inviabilis <sup>(5)</sup>, atque exim occursu perfaciles  
habeantur. Cuius quidem rei ipse periculum  
certius fecerim, quamvis huc manu parva non

(1) Ita cod. locum. Adde et alium cod. lat. ambr. Num dicendum  
iucundum? (2) Cod. et quad. (3) curare. (4) Cod. inviabilis.

(5) Intellige Alexandrum filium Nectanabi, si quis est fides  
fabulæ de qua loenti sumus ad esp. l. n. (\*). Hanc autem de  
statua narratio est in utroque etiam greco et latimo codice ambr.  
nec non in Pseudo - Callistheno apud Sancteuseum p. 165.

,congregato exercitu commearem. Enimvero haec  
est illa aequitas ac providentia, ut vos qui ex  
ubertate terrae paecluatis, atque his fluminis  
bus obvallemini <sup>(1)</sup>, eorum violentiam sentiatis  
qui ista non habeant. Quippe ad hanc opulen-  
tiam rerum si vis quoque et militare vobis  
exercitium adfuisse, nulla profecto gens fo-  
ret, quae duabus hisce fortunae viribus obvia-  
ret. Est igitur natura descriptum, ut quis ista  
rerum opulentia sit donata, idem <sup>(2)</sup> careant  
bellicis viribus: ut siquid illi, qui armis et  
manibus indulgent, de solo genitali indigebunt,  
huiuscemodi a fluentibus petant. Hisce dictis  
exigit protinus ab Aegyptiis, ut quidquid illud  
pensuros se Dario recepissent, id sibimet infer-  
rent: quod quidem eo se petere testatus est non  
ut opibus suis indidem incrementi aliquid pa-  
rere tur, enimvero ut extruendae urbis foret sub-  
stantia largior. Haud cunctanter in haec Aegy-  
ptii obsecuntur, datisque pecuniis et honorata  
deductione per Pelusium properantem votis pa-  
riter et vero amore prosecuntur.

XXXIX. Rursus igitur recepto omni exercitu  
et in Syrias itinere destinato, urbes eas per  
Tyrum, a  
quas sibi transitus foret nomini suo addit; unde  
cuius adi-  
der venit  
a  
cuius adi-  
rectetur.

(1) Ita cod. pro iudic.

(2) Confer Diodorum l. 57.

mille etiam cum cataphractis viros accipit, quod armaturae genus orientis inventio est: ac tum Tyrum advenit. Sed enim Tyrii moenibus obseratis ab ingressu oppidi arcere Alexandrum obfirmaverant, non contemptu scilicet virium tanti nominis sed oraculi cuiusdam memores, quo docerentur, quod si rex urbem Tyriam invictus cum exercitu transvisisset, fortuna lapsum tunc oppido minaretur. Alexander tamen cum admolitus violentiam oppidum cuperet subiugare, ancipiti proelio, multis etiam Macedonum caesis ac vulneratis pedem refert. Praeter illud igitur prius magnanimitatis sua studium iam etiam indignatione ferventior excidium Tyriis minabatur: deque ea re somnias moneri sese ne legationem <sup>(a)</sup> sui Tyrum per sese faciat: id enim animo praedestinabat.

Alexandri litterae ad Tyrios.

XL. Missis igitur internuntiis litteras dat Tyriis preferendas, quarum sententia haec est:

,Macedonum rex filius Hammonis Philippique,  
,rex regum maximus Asiae seu Europae vel  
,Libyae, Tyriis haec dicit. Evidem græcum  
,et imperiale videbatur cum clementia pariter  
,ac iustitia invehi urbem vestram. At enim vos  
,primi omnium extistitis qui mihi insolentius  
,obviaretis. Igitur per vos ceteris etiam magi-

(a) Cod. *legatione*.

,sterium procurabitur, quid virium sit in Ma-  
,cedonum dexteris ac fortitudine. Neque enim  
,vos iuvabit oraci illius iactatio. Transgrediar  
,enim oppidum vestrum sed dirutum atque dis-  
,iectum. Valete si sapitis: non enim valebitis  
,si perseveratis.

XLI. His litteris lectis tyrii primates lega-  
tos protinus corripi iubent, eisque multatis per-  
gunt exigere tormentis, quisnam eorum ipse  
Alexander foret. Sed de hoc, ut res erat, ne-  
gitantes crucibus adfixere. His igitur incentivis  
extimulatus Alexander irruptionem oppidi acris agitabat, et rursus in somnio Saturum <sup>(1)</sup> con-  
spicatur assem sibi Tyrum <sup>(2)</sup> porrigentem, eum-  
que projectum sese pedibus protrivisse. Quod interpretibus haud difficile in enodando fuit.  
Tyrum enim proteri mox pedibus haberi prin-  
cipis respondere. Ex quo sive admonitu sive  
impetu suo adgressus oppidum vehementius ca-  
pit pariter ac vastat, indiscrete <sup>(3)</sup> satis sexubus

(a) Cod. *indiscreta*.

(1) Nempe *Satyrum* uti est apud Zonaram et Cedrenum ad hanc historie locum.

(2) Videat scribendum græce ταρόν. Est enim latus in verbo, quod patet ex græco codice ambr. in quo scribitur ταρόν ἐς γάλακτος. Igitur assem ταρόν intelligas casei orbem aut segmentum. Altera sed non venustissima Iudeum Cedrenus et Zonaras apud quos Satyrus visum significat Alexandro εἰς Τάρης ἔσται.

Tripolis et aetatibus interemptis. Tres vero vicos, quorum navi auxilio ad operam bellicam usus erat, ad magnitudinem confrequentat urbis, Tripoliunque appellari iubet<sup>(1)</sup>.

Darii litterae ad Alexandrum.

XLI. Tyriis ergo satrapam praefecit, atque inde Syriam pergens accipit litteras Darii Persae in hanc sententiam scriptas. „Rex regum et consanguineus Deorum consessorque<sup>(2)</sup> Dei Mithrae unaque oriens cum sole Darius ipse Alexander famulo meo iubeo dicoque haec<sup>(3)</sup>. „Mando tibi reverti ad parentes tuos famulos scilicet meos, atque illic in gremio matris cubantem doceri virile officium. Ad quam rem „habenam scythicam tibi et pilam loculosque cum aureis misi: quorum habena admonet te disciplinae videri indigentem; pila vero quod eius congruat cum tua aetatula lusitatio, non haec opera quam latrocinantium ritu cum tuis similibus es adgressus. Neque enim si omne eiusmodi hominum genus ad te pari conspira-

(a) Cod. concensor.

(1) Aliam plassim geographi appellationis huius causam narrant, nempe quid ea urbs coulerit ex trium populorum coloniis Arsdiorum, Sidoniorum atque Tyciorum.

(2) Sie et apud Ammianum XVII. 5. Rex regum Sapor particeps siderum, frater solis et lunae, Constantio Caesari fratri meo salutem. Et quidem ambitiosissimos titulos epistolis praepouli solitus ab asiaticis regibus multo exploratissimum est.

,tione conductuxeris, adtemptare quatere Persarum imperium queas. Tanta quippe mihi multitudo exercituum adest, ut quis promptius harrenae quam nostri numeros adsequatur. Auri porro argenteique ea copia, ut immum ipsam, si libitum est, consternere indidem possim. Quare tibi loculos auri refertissimos misi, ut si indigebis sumptibus ad reversionem, tibi tuisque habeas quod sufficerit. Quod si hisce monitis ac praeceptis ulterius refragare, mittam protinus qui te comprehensum hoc transferant. Non enim ut Philippi filius coerebere.

XLIII. His lectis ab Alexandre publicatis, metus plurimos quatiebat dictorum magniloquentiam contemplantes. Quod ubi Alexander mente intuitus est, in haec verba concionatur: „O Macedones nostri, quid tandem adeo dictis barbaricis perturbamini? quae arrogantiae quidem vanitatisque habent testimonium, confidentiae vero carent probatione. Nam et canibus inbecillioribus mos est quanto plus defuerit virium, tanto cristas acuere sublimius et latratibus irritatioribus indulgere. Haec mihi visa est competentior ad Darii iactantiam comparatio: quod praestare viribus non potest, verbis indulget. Ego tamen aveo<sup>(4)</sup> cuncta

Alexander  
dri concio  
ad milies.

(a) Cod. Nubio.

, proinde a vobis existimari ut verbis etiam ex-  
, primuntur. Malo enim nos praespectantes  
, aliquid difficultatis, animis fortius praeparatis  
, in rem bellicam vadere<sup>(a)</sup>, quam fiducia hosti-  
, um molliorum inopinatas offendere difficul-  
, tates<sup>(b)</sup>.

Alexan-  
der Darii  
legatos ter-  
ritat. **XLIV.** Et ubi haec dicta sunt coripi in-  
ternuntios iubet crucibusque suffigi. Cuius sup-  
plicii merita cum a sese barbari defensarent,  
ac ius legationis intemeratum sibi vellent; Non,  
inquit Alexander, ex sententia vel moribus meis  
est forma paecepti; enim quoniam ut ad la-  
tronem a vobis ista suscepta legatio est, uti  
latronis etiam vehementiam iniquitatemque sen-  
tiatis. Tum illi, nec Darium omnia pro me-  
rito eius potentiae cognovisse, et se pariter opini-  
one deceptos esse cum dicerent; magnificis  
verbis eius exercitum praedicare viresque coe-  
perere confiteri tantas, quantas si rex quoque se-  
dulo rescivisset, moderaturum profecto verbis  
fuisse. Tum Alexander; neque sibi verum in-  
terficiendorum hominum consilium fuisse profi-  
tetur, et maluisse potius ostendere quid inqui-  
tas soleat tyrannorum, quam iustitia graeca per-  
mittat.

Deinde  
codem be-  
nigne  
ha-  
bet.  
  
**XLV.** Et post haec curari homines libera-  
lius iubet participatque convivio dapsili et af-  
fabet.

<sup>(a)</sup> Cod. saepe.

fluente. Eius convivii tempore cum unus e nu-  
mero, legatorum proditionem quoque ille<sup>(c)</sup> re-  
gis Darii subsereret, prohibitus ab eodem est,  
ulterius super hac re addere quam promiserat;  
praesertim cum is<sup>(d)</sup> qui ista dixisset, mox ad  
regem redditurus fortunae posset ansam impro-  
speram dare, nequa ab illo quoque proditio  
aut proditionis causa quaereretur. Id enim de-  
mum ago, inquit, non tam mei commodi cura  
quam vestri, metuoque ne cuiuspiam mali semen  
ac principium videar praestitisse. Ad haec Per-  
sae verbis honoratioribus gratias confitentur:  
neque detenti ultra donatiique auro omni quod  
secum in loculis advexerant, ad regem cum lit-  
teris remittuntur quae fuere huiusmodi.

**XLVL**, Rex Alexander patris Philippi ma-  
tris Olympiadis regi regum et concessori<sup>(e)</sup> Dei  
Mithrae simulque cum sole orienti maximo  
Persarum domino Dario salutem dicit. Turpe  
mihi admodum videri solet, tantum regem Da-  
rium et hisce viribus consitum, Deorum ut  
praedicat concessorem, sub ditionem homullo-  
rum, utetur, contemptibilium deventurum<sup>(f)</sup>,

Alexandri  
literae ad  
Darium.

<sup>(a)</sup> Cod. riti. <sup>(b)</sup> Cod. his. <sup>(c)</sup> Cod. concessori.

<sup>(d)</sup> Hie locus plane mihi prodit, codicem aliquem I. Valerii  
lectum esse olim a Francisco Iureto. Is enim ad Symmachii epि-  
stolum XXXIII. libri IV. (ed. paris. 4a. MDCIV. in miscell. p. 127.)

, et inter eos abiecto cuidam ac latroni Alexandro serviturum. Quippe ista magnificantia non minum ubi semel cuiquam sit persuasa, corpora membratim vel spiritus eriguntur<sup>(a)</sup> in prudentium. Magno dolore tibi fore ista quae pronuntiantur intelligo, ac si superna caelitum vis [adversus<sup>(b)</sup>] abusionem huiusmodi in ultionem contumeliae sua facile consurgat. Evidem spero priora esse quae spondeo quam quae tu minaris. Quare adero ut mortalis mortalem violentiam experturus: inclinationisque eius a potestas est penes Superos.

XLVII. Nam illud queso te, quorsum tantopere congestum est, auri te et argenti opibus aestuare? Aut ut his cognitis, si modo eorum amor nobis est, spe praedae obstinatus et audacius dimicaremus? atque hinc fiat ut superato te, hinc quidem nobis in commune quaestus et emolumen tum victoriae fiat? Mihi vero istud quanto gloriare Persidos cunctae orbisque totius accedit imperium. Sin tibi [fors] faverit, ni-

(a) Cod. erigunt.

ut symmachianam vocem homillus exemplis confirmet, ait: *Aesopus* manuscriptus ineditus in vita Alexandri magni Subditione contemptibilium, ut rotur, homillorum deuentorum. Erat autem Inreto citandus non Aesopus sed I. Valerius, quemam non graci exemplaris sed latinas interpretationis verba laudabat.

(1) Uncis includo voces quae mihi interdum addendae textui visae sunt.

, hilum amplius quam oppresso<sup>(c)</sup> latrocino gravatulabere<sup>(d)</sup>. Adde nunc illud, misisse te mihi habenam unam, et<sup>(e)</sup> pilam loculosque auri refertos: de quibus quamvis<sup>(f)</sup> quae visa fuerint dictaris, ego tamen mihi ut auspicato cuncta ex te concessa ac sponsa profitebor. Accepi enim habenae scilicet potestatem, ut habeam qua in subiectos uti scientius possim. Pilae vero simulamen, quoniam ex ambitu sui et rotunditatis orbis imago videatur, haud dubie mihi universitatis ipsius per te imperium res promittit. Quodque hic tertium est, loculos ego auri ac si opum tuarum factam mihi accepi cessionem, subiectumque te viribus meis annum istud mihi fore pretium servituti<sup>(g)</sup> de pensurum.

XLVIII. His igitur litteris palam lectis atque signatis, redire internuntios iubet. Ipse autem omni mox Syria superata ac redactis eius gentibus in potestatem, ad Asiam ire contendit. Enimvero acceptis Alexandri litteris rex Darius, eisque gravius et arroganter motus, ad satrapas suos ultra Taurum regentes tales continentiam scribit: „Nuntiatum sibi Alexandrum Philippi insanientem admodum adolescentem Asiam in cursantem. Igitur illos<sup>(h)</sup> oportere eum protinus

(a) Cod. oppression. (b) Cod. granulare. (c) Cod. vel. (d) Ita cod. servitati. (e) Cod. tamen. (f) Cod. re cum litera.

Darii manus-  
data ad se-  
trapas.

, obviantes conpertum ad sese dirigere: esse enim , regi consilium, ut adfectus verberibus pueri- , libus amictusque post veste purpurea cum ta- , bellis et crepitulis matri reddatur: sic enim , Macedonum pueros lusitare. Tum fore ut cum , illi praefectus ad observantiam disciplinae Persa , aliquis comitaretur, virile officium rectius dis- , ceret. Igitur oportere satrapas quidem classem , eius una cum navitis alto submergere, milites , vero cunctos ferro vinctos ad rubri maris ul- , teriora transduci, ut illic colere iuberentur: , equos ceteraque militum impedimenta sibi ipsos , habere privos amicisque largiri.

Litterae sa-  
traparum  
ad Darium.

**XLIX.** Sed hisce litteris nihilum ad metum satrapae moti regi respondere: „Hystaspes et „Spynther Deo Dario salutem dicunt. Miramur „satis, latuisse te, rex, tantae multitudinis im- „petum supervenire nostratibus, qui quales quan- „tique sint quo facilius noscitar, quinque quos „forte indidem captos haberemus vinctos trans- „misimus, non ausi eorum ultra aliquid adin- „quirere quae sint fortassis regi praescitui. Boni „igitur consules, quamprimumque cum exercitu „vel potentissimo eidem obviabas.“

Darii re-  
sponsuum.

**L.** Sed nec sic quidem abiciendam mollien- damve <sup>(a)</sup> Darius arrogantiam putat. Enim res-

(a) Cod. molleundamve, ex quo faceres etiam amiciendamve.

pondit ducibus memoratis: „Ultra illis spem „vitae agendae <sup>(a)</sup> iam deponendam, si modo „creditis sibi finibus abscessissent <sup>(b)</sup>. Quippe vir- „tutes hosticas magnifice executo nihilum peri- „culi monstravisse, quare abscessum <sup>(c)</sup> ire Ma- „cedonum fortitudine <sup>(d)</sup> potuissent. Et quem „enim vulneratum, inquit, vestrum quemve in- „teremptum audiens hoc coniectem? Nihil igitur „superesse, quam uti probra fuisse huiusmodi „duces Persarum regno sentiret“. Sed inter haec iam Alexandrum iuxtim posuisse castra noscit, propterque vicinum fluvium invisitare. Igitur ad ipsum rursus et nominum arrogantiam et Deorum consortium sibi vendicans, gentiumque se centum atque viginti dominum praedicans ita scribit,

**LII.** „Latuit ne te solum, Alexander, Darii <sup>(a)</sup> litterae ad Alexan- „nomen honosque ille quo nos donat atque par- „ticipat supera maiestas? eoque ausus es <sup>(b)</sup> de- „transmissio mari Persas veluti hostis appellare? „non beatissimum ratus si contentus imperio „Pellae ac Macedoniae sessu audaciā tuam inter „proximos iactitares? Enimvero usurpas <sup>(c)</sup> re- „gium nomen, et congregata tibi ad societatem

(a) Cod. agere. (b) Cod. aferre. (c) Cod. fortitudinem. (d) Cod. pro ausus et habet rursus ex. (e) Cod. usurpare non sine littera.

(f) Confer Itinerarium caput xix.

, sceleris parvum conspiratione hostem te nostri  
„profiteris, cui quam longa praestantius<sup>(a)</sup> foret  
„id inter Graeculos iactitare, quos Graecos fere  
„ut inutiles<sup>(b)</sup> Persarum regna non querunt,  
„Sat igitur habeo vel hoc tantum imprudentiae  
„signum, quod ratus nos vestratisbus similes hue  
„contendisti. Quin ergo errata, corrige nec addas  
„huiusmodi facinoribus incrementum. Est enim  
„scire, nos quibus Deorum pariter et prudentia et  
„dignitas favet, peccatis istis ut hominum subve-  
„nire. Censeo igitur uti ad adorandum me venias,  
„ne contra inobsequens poenam pro venia me-  
„reas. Quod ut tibi ratum sit Iovem iuro et  
„parentes meos, omnem tui iniuriam protinus  
„e meo pectore recessuram<sup>c</sup>.

Pugna Ale-  
xandri cum  
Dario.

LII. Et haec quidem scripta regis Alexander  
legerat. Enim ulterius non verbis sed gladio  
agendam rem ratus, per Arabiam exercitum du-  
cit, atque in aequore quod agenda rei oppor-  
tunius videbatur aciem extendit. Qua inspecta  
Darius spem primam eamque vel maximam in  
falcatis curribus ponit: qui ut facilis aciem  
hostium incursarent a latere conlocantur. Sed  
id consilium Persae dissici Alexander facilius  
inopinatus<sup>(c)</sup>, incurribus curribus per acies  
phalangasque locum transitui pandi praedicit,

(a) Cod. praestantia. (b) Cod. inter inutiles et Persarum inter-  
ponit necessarios. (c) Ita cod. pro opinari.

tumque in transvehentes peditum suorum iacula  
torqueri: eoque perfectum est ut brevi omnis  
ille curruum numerus teneretur una equis et  
aurigantibus fixis. Igitur sedata formidine quam  
Persae de curribus intemperaverant, aequatum  
omne proelium videbatur. Agebat porro Alex-  
ander in dextro cornu, quod laevo scilicet per-  
sico obviabat. Inscenso igitur equo signum in-  
crepari bellicum mandat unaque eoentium clau-  
mor attollitur ancipiti satis proelio ac diurno:  
cum interea sinistrum cornu Macedonum a  
Dario qui in dextris suorum agebat vi maiore  
belli conspicatus [impeti] implicatosque ordines  
universos non tam discriminum necessitate quam  
multitudinis inconsulto<sup>(a)</sup>; subpetiari laboranti-  
bus properaverat.

LIII. Exim pari utrimque oborta caede cum Persarum  
spes exitus fluctuaret, repentina forte imbr<sup>et Darii</sup>  
procedente, vel adversari sibi caelitus id Persae in-  
terpretati, vel ad elementi eius iniuriam mol-  
liores, fuga facessunt, unaque his Amyntas ma-  
cedo Antiochi filius<sup>(b)</sup>, qui olim transfuga Darii

(a) Ita cod. inconclusa.

(b) Ab hoc ipso narrat Arrianus II. 6. transfuga Amynta Antiochi filio monitum frustra Darium, ut pugnam, quam deinceps male pugnavit ad Issum, in Assyriae planities conserendas euraret. De hoc Amynta transfuga ad Persas vide et Curtius III. 11.

amicitiam cooptaverat<sup>(a)</sup>. Quippe fugientibus et tempus ore blandiebatur quod vesperascens foeditatem fugientium pariter et periculum protexisset. Darius autem<sup>(b)</sup> ratus deligatore<sup>(c)</sup> illa fuga et vehiculo<sup>(d)</sup> regali periculum evitare, quodque e suggestu regiae turris promptius conspicibilis foret, currum quidem in loca quae-dam abdendum mandat et avertendum: ipse au-tem equo couiscentio properantiae consultit.

Darii milia eis  
pictur.  
LIV. Sed enim Alexander hanc sibi pecu-liarem gloriam appetens si rex fugiens comprehendetur, animosius insecurus, currus<sup>(e)</sup> qui-dem arnaque regalia matremque una et uxorem cum virginibus filiabus emensis stadiis sexaginta comprehendit: ipsum vero Darium non minus tenebrosior nox quam cursus velocitas libera-verat: quippe iam primum in haec et huinsc-modi fortunaria dispositis equis et itinere proviso. Macedones vero potiti Victoria in castra persica migravere, unaque Alexander tentoriis regiis superveniens expertus ibi primum est una cum militibus suis fortunae illius ac victoriae emolumenatum.

Moderatio  
Alexandri.  
LV. Neque mage uspiam continentis animi moderamen Alexander potuit ostentare, quam

(a) Cod. cooptaverat. (b) Cod. tamen. (c) Ita cod. deligatore, fortasse pro impeditore, nisi mavis scribere deligatore. (d) Cod. vehicula. (e) Ita cod. currus.

quod in hoc fortunae favore ex aequo suae at-que adversae partis iniit rationem, non secus scilicet probatis hostium navioribus qui pro pa-tria fortiter oppetissent, quam si quis suorum strenuus extitisset. Cunctos igitur, quos in bello nobilitaverat militiae experimentum et mors inclytos fecerat, inquire prostratos et magnifice sepeliri et sepulchris honorari inbet. Matrem vero Darii una cum uxore filiabusque cultu re-gio prosequebatur: ac si qui praeterea in potes-tatem hostium devenissent fortuna pristina di-gnabatur<sup>(a)</sup> Enimvero cecidisse tunc Macedonum satis constat peditum quidem septingentos, equi-tum porro centum et sexaginta, sed vulnerato-rum numerum<sup>(b)</sup> in duobus<sup>(c)</sup> milibus extitisse. Contra Persarum desiderata quidem centum et viginti milia: praedae autem, una servitiis pe-cuisque vel quae vehebant, pecunia fuit talenta quatuor milia.

LVI. Sed Darius fuga reversus longe auc-tiore numero contracto, in Alexandrum molie-batur, suisque undique convenire, in quantum manus armari potuerat<sup>(d)</sup>, iubet. Id autem<sup>(e)</sup> conperiens Alexander ex hisce exploratoribus qui in ditionem Macedonum devenissent, omniaque illa Darii milia iuxta Euphraten castra posuisse;

Belli red-integrandi apparatus.

(a) Cod. dignabatur. (b) Cod. hominum. (c) Cod. in duabus. (d) Ita cod. potuerat. (e) Cod. tamen.

FABR. LO.  
S. A.

ipse quoque ad Cassandrum<sup>(1)</sup> ducem suarum partium quique curabat tunc Macedoniam sese<sup>(2)</sup> profecto scribit omnis phalangas quas armaret<sup>(3)</sup> aut siquid praeterea in auxiliis virium foret propterea admoliretur: neque enim hostes longius adsidere. Quae dum pro commodo festinatur, ipse una exercitu Achaia peragrata, multisque praeterea civitatibus receptis aut quaestis, etiam centum et septuaginta milia collegit armorum, Taurumque transducit. *Tumque summo in culmine Tauri montis hasta defixa dixisse feratur: Quisquis illam rex militee graecus aut barbarus humo evellere ausus fore, edictum sibi urbis ac patriae suae suisque excidium meminisset*<sup>(4)</sup>.

(a) Cod. armare.

(1) Cod. *Seamandrem*. Ita etiam alter latinus cod. ambr. Sed sine dubio legit *Cassandrem*. Quamquam revers Antipater Cassandi pater Macedoniam curabat. Recole Itinerar. cap. xvii.

(2) Ita cod. pro *ad sese*, omissa praepositione quae mixt sequitur cum verbo admoliretur. Recole quae notavi ad Itinerarii capp. xix. et cxv. Nisi forte heio mavis deinceps legere propter quam proprieas.

(3) Iulium Valerium seu Aesopum fucatis fabularum decoramentis veritatem suspensuero admirabile ex hoc Opere tota constat. Isavero Alexandri scriptores sinceri Diodorus xvii. 17. Iustinus xi. 5. (Confer de Itinerarii Auctorem cap. xviii.) narravit, Alexandrum, quem Hellesponto transmissum Asiam esset contacturus, telum in litus iecisse, que sibi omen faceret regiosis eius bello acquirendae. ex hac genuina narratione figuramentum hastae in Tauri monte deesse natum suspicor.

LVII. Ipse autem<sup>(5)</sup> ad civitatem Pieriam Orphei quae Habruchiae<sup>(6)</sup> urbs habetur iter exim fecit: status<sup>(7)</sup> dat. qua in urbe et templum opiparum et simulacrum Orphei erat admodum religiosum. Ibidem musae etiam Pierides consecratae videbantur, unaque omnigenum figmenta viventium Orphei musicam demirantia. Cum igitur admirationis studio simulacrum illud Alexander intueretur, sudor repte profluere et per omne simulacri illius corpus manare visus non sine admiratione videntium fuit. Motus ergo portenti novitate coniectatorem vel celebratissimum Melampodam<sup>(8)</sup> sciscitatur quid tandem ille sudor sibi simulacri minaretur? Tum ille, Sudor sane largus labor est qui erit quam prolixissimus tibi quoque in rebus praesentibus, o rex: quippe gentium per-

(a) Cod. ramen.

(1) Ita cod. Neque melius se habet codex graecus in quo legitur *expaxiante dei tibi Iuppiter et tuus Europa*. Iam Pierianum dicit urbem Boeotiae Tretzes Chil. vi. 90. Neque probabilis videatur conjectura eius viri qui multo recentiore manu scripsit in ecclesiis margini *Ambrachium forte legendum*. Ceterum nec ali scriptores inter se consentiunt. Nam Ariannum quidem L. 11. id prodigiis accidisse scribit in *Iliopis*. sed Plutarchus p. 21. et Tretzes Chil. vi. 91. ad urbem seu fontem montemve *Astibyspa*.

(2) Alius Melampus vates occurrit apud Diodorum iv. 63. Sed enim apud Ariannum l. 11. Plutarchum p. 21. id prodigium edisserit ab Aristandro vate. De Melampode celeberrimo vate legit Plinius vii. sect. 25. xxv. sect. 21. notaque Harduini, et Tertullianus Apologet. cap. xxl. Nota terminacionem *Melam* podam hic et iust. cap. seq.

agratio et operum difficultates tete manent,  
quod illi quoque Orpheo fuit, qui peragrans ur-  
bes graecas et barbaras ad favorem sui animos  
admirantium flexerit.

Alexan-  
der venit  
largo Melampodam muneratur, eximque in Phry-  
giam venit, atque illuc Hectora Achillemque  
unaque alios heroas Divum honore participat.  
Praecipue tamen Achillen muneratur ac rogat  
uti sibi et ipse faveat, et dona, quae ferret,  
dignanter admittat. Haec enim a sese non ut  
ab externo ac superstitioso, verum ut consan-  
guineo ac religioso dedicari:

Versus  
Alexan-  
tri. Ge-  
nus eius-  
dem ma-  
ternum.

Hinc primus extat Aeacus (<sup>α</sup>) Iovis proles (<sup>1</sup>),  
Atque inde Peleus Phthiae regna possedit,  
Quo tu subortus inclita eluis proles.

(<sup>a</sup>) God. Inachus.

(1) Magni facienda sunt haec. I. Valerii carmina, quibus ma-  
iores Alexandri materni recensentur iam inde ab Aeneo Iovis filio.  
Hos quidem, dueto initio a Pyrro Achillis filio, qui molosici  
regni fundamenta iecit, studiisse nimirum extat colligere Reineccius  
(*Monarchiae in molosici regni descriptione p. 544—550*). Fa-  
tendum tamen Reineccio fuit (p. 548.) post Pielum desiderari  
novea regum sucedentium nomina, quae nunc deinceps videntur  
longissime postulatae cum I. Valerii versibus in lucem reverti.  
Immo ne eorum quidem regum quos ante Tharypum collorat  
Reineccius nomina ex Antonino Liberali (*Metamorph. esp. 4.*)  
et Stephano byzantino (voc. Αργείων; et Λεωνίδης) eruta, cum  
huius Valerianis consentiantur. Et Iustinus quidem *xvi. 5.* mire  
retinet in loco suo plerisque omnes Epiri reges: *Molossorum*  
*primum in ea regione regnum fuit. Post Pyrrhus Achillis filius*

Pyrinusque post id nobile adserit sanguine,  
Quem subsecuta est Pielis (<sup>α</sup>) fama non dispar.  
Pielique proles Eubius (<sup>β</sup>) dñeus regnat.  
Post Nessus ardens excipit domus (<sup>γ</sup>) nomen,  
Argusque post id qui potens fuit Xanthi (<sup>δ</sup>).  
Ex hoc Arceus (<sup>ε</sup>) nobilis genus dicitur (<sup>ε</sup>).  
Areia natus Prieni nomen accepit,  
Tryminus unde et Erinaeus post illum,  
Ex quo Lycus fit divers, et deinceps Castor.  
Castore natus est Dromon qui das Phocum.  
Atque hinc suborta est Metrias quae suscepit  
Neoptolemei (<sup>f</sup>) nominit vicem digessit.  
Cui substitutus Charopus (<sup>g</sup>), Hie Molossorum  
Regni potitus auctor exiit stirpis nostra.

(α) Cod. puiri, quod fortasse regnari potest. (β) Cod. Piericus  
procerus. (γ) Cod. domus. (δ) Cod. Arece. (ε) Cod. duci-  
(f) Cod. Neoptolemei.

in his locis consedit. Successor huic Pielis (sic Pyrhus) filius  
fuit. Per ordinem deinde regnum ad Arribam descendit. Fuit  
autem Arribas patrus Olympiadis. Pensum item Attic. xi.  
a Pyrhi filii transit ad Tharypum, intermedium regum sup-  
pressis nominibus. Porro ad Pielum quod attinet etiā secundo  
loco natus est ex Andromacha et Pyrro nemp̄ post fratrem Mo-  
lossum, nihilominus docet Pausanias Attic. xi. ad illum potius  
quam ad humum Pyrrhidas generis originem solitus fuisse reccere.

(1) Pergum quidem Pyrhi et Andromachae nata minimum  
sit Pausanias Attic. xi. traieciisse cum mare in Asiam ibique  
urbis sibi cognominis regnum tecuisse.

(2) Secundum suspicere Tharypum. Et quidem hoc nomen  
magnoopere variat Tharypaz, Tharymbas, Tharrytas, Tharypys,  
Arribas. Vnde Reineccius p. 549—550. Porro in hoc I. Val-  
erii catalogo a Charopo (seu Tharypo) ad Pyrrhum Achillis  
filium quindecim numerantur reges, cui rei sacrificio adstipulatur

Sicque iustum incitum matrix [genus],  
E quo sibortus vestro sanguini admotor.  
Quosque nomen adseras tuum nobis,  
Bellique praestes gloriisque subtexas,  
Velut feracis seminis fructem,  
Quod cuncta spatis <sup>(a)</sup> terrae pervadat:  
Umaque metis nostra Phœthonis <sup>(1)</sup> regna  
Explicari mundus adserat totus.

Achilles    LIX. Haec precatus in istum Alexander mo-  
reatus ob dum ibidem flumen Scamandrum cum videret,  
Homéri carmina. clypeumque Achilli <sup>(2)</sup> templo Herculis conse-  
cratum, nec alvei illius latitudinem demiratus  
nec magnificentiam clypei pondusque famosum,  
O te beatum Achillem, fertur saepe dixisse,

(a) Cod. cassina Lex spatia.

Pausanias Attica. xi. Ἀλεξανδρία εἶδεν ἵετο καὶ Πύρρον στρατὸν ἐπίσημόν Αλεξανδρέου προσέκεινον, τι μὲν ἦσαν κατὰ γένος. Αλα-  
κόδην γάρ τοῦ Ἀριόδην Πύρρος ἦν, οὐδενίων δὲ Αλεξανδρός τῆς Νεαπολίδης. Νεαπολίδης δέ καὶ Ἀριόδη ταῦτα τῷ Αλεξαν-  
δρῷ θεάσθαι μὲν θεάσθαι ήτο οὐδέποτε οὐδὲν τὸν Αλεξανδρὸν τῶν αδερφῶν καὶ δίδυμον γραψαί. Apud Athanienses Pyrrhi (qui enim Romanis bellavit) complicitur effigies, eis cuius Alexandro magno sub generi propinquitas intercessit. Nam Pyrrhus Aracida Arybbas filio; Olympiade vero Neoptolemi filia Alexander genitus est. Neoptolemo et Arybbas pater fuit Alcetas Thurypi filius. A Thurypo autem retro ad Pyrrhum Achil-  
lis, quindecim zōbolis gradus numerantur.

(1) Phœthon heis quidem soli loco dici videtur. Et tamen Plutarchus (in Pyrrho statim ob iuinitio) regnum Molossorum ab antiquissimo Phœthonite Pelagi socio auspicatur.

(2) Ita eod. Achilli in secundo easu, uti habet Fronto de orationibus lib. I. fragm. II.

qui Homero praedicatorce celebrarisi! His auditis ab eodem, cum multi admodum litterati studiosius erga amicos religione tracti iter eius prosequerentur <sup>(1)</sup>, parique sese stilo opera eius <sup>(2)</sup> prosecuturos esse promitterent, optasse se dixit vel Thersitem apud Homerum magis, quam apud scriptores eiusinodi Achillem putari maluisse. Huc usque autem <sup>(3)</sup> comes eius itineris ac laboris mater Olympias fuit <sup>(2)</sup>. Sed exim participato convivio cum illam ad Macedoniam remisisset, dat una ducere comitatum spectabilis multitudinis optimatum captivorum <sup>(3)</sup>: ipse que devertens iter institit ad Darium.

LX. Igitur cum sibi per urbem Abderam <sup>(4)</sup> transitus foret, obseratis urbis suaे claustris Abderitae eum ne recipieren obfirmaverant. Id <sup>impune Alex-  
anderum a se pro-  
hibebat.</sup>

(a) Cod. max. (b) Cod. namen.

(1) Adscribendus heis omnino locus Ciceronis pro Archia x. Quoniam multos scriptores rerum suarum magnas ille Alexander secum habuisse dicitur. Atque is tamen cum in Sige ad Achil-  
lis transulam adstitisset, O fortunata, impedit, adolescentis, qui tua virtus Homerum praecocem inveneristi! Sie et Symmachus laud. in Gracian. cap. vii. «Cum magno Alexandro manda-  
nam paues militiam philosphorum comitatus exigit».

(2) Confer Itinerarium cap. xviii.

(3) Confer Itinerarium cap. xxiii.

(4) Mirari subit quod Alexander ab Ilio iter insitens ad Darium, Abderam veniat Thraciae urbem, et deinde ad Maeotiam paludem.

lites et urbem illam igni vastare mandavit. Sed legatione Abderitae docent, sese illud non odio contemptu graeci regis eiusque iustissimi facitare; enim metuere impetum barbarorum motusque Darii inconsultiores: cui si post meatus<sup>(α)</sup> aliquid in sese relictum foret, non absque poena Abderitum foret, quod Alexandrum in amicitiam contra Persae commoda receptassent. Igitur reverso tibi, aiunt, et victori parrebimus. Ad haec rex illum quem conceperint de Dario metum abicere supplices iubet, neque ulterius eius vim atque inpotentiam formidare. Nec tamen se velle, respondit, urbem quam confidentissime rescent: se in praesenti oppidum hanc ingressurum: enim cum revenero, inquit, non hospes vobis sed amicus ero. His dictis iter ad Euxinum tendit, omnesque sibi urbes eius litoris vendicat.

Alexandri expeditio ad Maeotim paludem operatus ad Maeotim<sup>(1)</sup> paludem venit asperam satis et inviabilem prae rigore. Quae circa occupatus omnibus hisce deficitur quae ad alimoniam requiruntur. Igitur fame obsessis ita prae-

(α) Cod. inexact.

(1) Cod. heie et Itiner. cap. xvi. sine diphthongo *Maeotim*. Ideo fortasse brevis syllaba prima apud Oridium *Trit. III. 12. v. 2.*

sentibus consulti, uti equos militum interfici iubeat eisque milites vesci. Enimvero quamquam id consilium ex necessitate sequentur, tumultus tamen et indignatio omnium congruebat, veluti studio factum, ut necessitate praesenti spes sibi futura laberetur. Quare *cum* omnis militaris observantia solveretur, neque ad custodiā solitam vigiliae ceteraque munia servarentur, rex motus in haec verba concionatur:

LXII. Neque me fugit, fortissimi milites, rem militiae necessitatisque bellicae prima sub-sidia equos haberi oportere, quos ego interfici iusserim, et de usu illo ad alimoniam utcumque proficere. Sed cum in ea re duorum non minum periculum versaretur, ut aut equis aliti vivideremus, aut hisce servatis vel priores vel pariter oppeteremus; secutum me fateor consilium quod pro deteriore melius videbatur. Quippe spem foveo, Diis coepta iuvantibus, fore uti cum primum gentem aliquam et sub-sidium uberiori nacti fuerimus, equos quoque hanc deterioris usus parare sit nobis facultas. Quippe si vos, quod omnes Superi diffaverint, detestabili illa necessitate famis animas ponetis, milites quidem forsitan possem, sed Macedonas milites ubinam repperissem? Quare animos reformati in melius, vobisque suadete, nullum vestrum adeo sui amantem atque sol-

Eiusdem  
concio mi-  
litaris.

, licitum, quem non pro summa cura praever-  
, tam <sup>(a)</sup>. Hisce dictis sedati erant animi mili-  
tum, revocatisque viribus ad officia castrensa  
sese converterant.

Agragantum oritur in Locros <sup>(1)</sup> protinus vertit: qua in urbe  
eulum editum Ale-refectis animis omnium, Agragantu <sup>(2)</sup> tendit.  
xandro. Eam urbem ingressus nihilum moratus scandit  
Apollinis templum, sacerdotemque quae ibidem  
antistabat solitam vaticinari in id ipsum coepit  
urgere. Enimvero cum vates, Dei in se spiratione  
cessante, nihil tale se posse fateretur, Alex-  
ander motus, ni faceret interminatur tripodam <sup>(3)</sup>  
quoque se ad Herculis fabulam sublatum-  
rum. Et cum dicto aufert scilicet tripodam,

(a) Cod. praeveriat. (b) Cod. persit.

(1) Locros scilicet Graeciae.

(2) Agraganti (see Agraganti vel Agrigentii) nomine urbes quinque appellatae a Stephano byzantini, siue scilicet, thuricam, euboicam, cypriam, astolam. De aetola nunc seruorum esse arbitror, quoiam Locris in eam transi Alexander. Porro insufficiat Alexandri historia, quae saeculo xv. edita est, huius nominis Agraganti vestigium conservat cap. xxx. his veris: *Venit in locum qui dicitur Tragacites* (at in codice ambr. eiusdem historiae *Tragaces*). Ab alio cod. latino ambr. et graeco here narratio absit). Seguir autem in ea edita historia narratio eadem, quamquam aliter deformata. Phizarchus p. 20—21. sit, ovaculus ab Alexandre petitus Delphis. Reversa et quod heie additus de tripode ab Hercule sublate, id factum Delphis narrat Pausanias *Phocic.* xxi.

(3) Nota terminacionem *tripodam*.

quem Croesus quidem opulentissimum conse-  
crarat <sup>(1)</sup>: sed per eum divino spiritu commente  
vaticinari antistitem fas erat. Tum fertur ex  
adyto vox ad Alexandrum:

Id quidem quod tu facis,  
Hercules fecit et ille Deus  
Et divinitati iam destinatus.  
Quare et te par est nihil  
In nostri contumeliam nisi;  
Si modo virtutibus ruis  
Ex favore Numinum consuli.

Hisce dictis ex adyto, addit et vates:

En vides, rex, quod illa tibi  
Numinis praestigia divinitas,  
Quae et Herenlem et Alexandrum vocat <sup>(2)</sup>.  
Igitur praenuntio tibi fore aetus tuos  
Humanorum omnium fortiores,  
Nomenque per saecula porrigitum.

LXIV. Hinc cum Thebas Alexander trans-  
cendisset, peteretque Thebanos indidem arma-  
torum mille comitatum, Thebani portas post  
haec praeepta cluserunt: factique eius temeritatem cum supplicatione non excusassent, arma  
sumpsere et ad resistendum violentiae Alexandri

Thebas  
Alexandro  
resistunt.

(1) Tripodem aureum a Croeso (sed Thebis Apollini Isme-  
nio) consecratum memorat Herodotus I. 92.

(2) Numirum ab Apolline Alexander dictus est *Hercules*. Con-  
fer historiam editam cap. xxx.

sese patavere. Adduntque his illud, quingentos  
armatos e suis muris insistere ac voce maxima  
clamare iussere atque Alexandro dicere uti aut  
veniret ad proelium aut de moenibus et obsi-  
dione<sup>(a)</sup> discederet. Sed ad haec ridens Alexan-  
der, O vos stultissimos dixerim qui<sup>(b)</sup> cum ipsi  
custodiam vestri murorum vallo teneatis, nobis  
praecepta bellandi praebetis! Igitur gerendum  
his ait morem, proeliaturumque se minatur,  
non ea tamen opinione qua cum fortibus dis-  
ceptaret<sup>(c)</sup>.

**LXV.** Enim protinus inbet mille quidem  
equites circumvallare eos qui in muro consti-  
terant; pedites vero securibus vectibusque ad-  
gredi claustra portarum ac fundamenta subruere  
murorum. Non enim difficile esse id aedificium  
armis excidere, quod per lyrae cantus et musi-  
cam tamultuario convenisset: et statim inici  
flammas arietesque admoliri iubet, quorum cre-  
bro et vehementi admodum pulsu non difficile  
nec diu casus omnium est moratus. Ipse vero  
cum mille funditoribus totidem<sup>(d)</sup> obire discursim,  
adeo ut omni telorum genere fatigatos aut  
prosternerent Thebanos aut vulnerarent. Atque  
ita tertio fere die, conlapsis omnibus quae ob-

(a) Cod. subridione, sed alius latiens ambe. obridione. (b) Cod. ac  
qui. (c) Cod. disceptare.

(d) Dicit totidem, quia superioris dixit equites mille.

stabant, invehitur Alexander Thebas easque<sup>(a)</sup>  
diripere exscindereque festinat tot scilicet sae-  
culis et Cadmi ceterorumque imperiis nobiles<sup>(b)</sup>.

**LXVI.** Ad quam fortunam ceteris praestupes-  
centibus p[re]a vi malorum, uni tibicinum forte castile-  
consilium subit aptare tibias et melos quam<sup>(n)</sup>  
posset flebile<sup>(c)</sup> canere regis pedibus provoluto<sup>(d)</sup>.  
Quod cum Alexander videret, acuto et religioso  
consilio efficax multum atque ad movendam sui  
misericordiam esse provisum; tunc auloedus<sup>(e)</sup>  
ille manibus extensis:

Hanciae tu urbem, maxime régum Alexander,  
Properabis exscindere, quam tibi Dii  
Immortales prosapie tuae principes  
Peperunt<sup>(s)</sup>? nonne te subit hinc Liberum  
Ortum? hanc Herculis esse natriorem?  
Hinc illa orgia et praestantissimos  
Deorum cultus diffinos esse per mundum?  
Boni igitur consules, ac facess  
Ab hac iam sterilega voluntate.  
Neque enim, siquid impatientibus  
Ira belli mandavit, non mox te  
Ad poenitentiam [arbitrio] reversurum.

(a) Cod. samique. (b) Cod. nobilium. (c) febrile. (d) Cod. proximans.

(e) Iuxta Iustinum xi. 4. non auloedus, sed Cleadas capi-  
tus apud Alexandrum Thebarum excidium deprecatur.

(f) Apud Iustinum xi. 4. Cleadas privata etiam regem cu-  
pitione deprecatur, geniti apud ipsos Herculis, unde originem  
geni Asachiarum trahat. Urbi parcat, quae maiores sunt apud  
se gentios. Deos adorat.

Addebat etiam:

Hos tibi muros haec memoria Zetus (a) ille  
Vel Amphion stirpis rure pars maxima (b),  
Apolline Musisque adquisiculantibus  
Fecit. Neo vides, in rea tuam tuique  
Generis gloriam te saevire? Quid quod (c)  
Idem illi Dii praestites et maiores tui  
Lactitium suis et ultionem ex hostibus,  
Pacem demique cum (c) ignotis  
Majestate sui et virtutibus pepererunt?  
Hoc Liber ex India, hoc nobis Heræales  
Ex omni terrarum orbe procurat:  
Quorum te malo imitatorum potius  
Quam incidentem fuisse. An tibi putas  
Sine sacrilegio rem futuram  
Locum istum ferro et igni postulari,  
In quo Semeljon suum rex Deum Iupiter  
Maritaverit, in quo Alcumensane quoque  
Idem Iovis [emptiis] dignatus sit?

Alexan-  
dri inue-  
mента.

LXVII. Addebat et fabulas, quaecumque thebanæ sunt, et memorias religiosas quas vetus historia commendat. Sed hic commotior rex, Quam vellem (d), inquit, o tu qui civium tuorum infortunio suffragaris consultor potius fuisse in melius, et illuc tuam prudentiam exer-

(a) Alime cod. ambr. Zeuthur. (b) Cod. quicquid. (c) Cod. com.  
(d) Cod. vellere.

(1) Quia isterque filius Iovis, a quo et Alexander genus trahet maternum per Aesculum, paternum per Herculem.

,cuisses, ubi cautione opus fuerit, non huins-modi experimento! Quare neque tibiis vinci, pectus martium potest, nec contumelia militaris tam artificio quam supplicatione sopitum. Et post haec peragi excidium iubet. Sed Thebani quicumque fugae contra eversionis suae impetum consuluerant, ubi tempus fuit, congregati sciscitatum mittunt, ecquid (e) sibi redintegrare urbem thebanam fata permetterent? Ad haec igitur huiusmodi Apollinis est responsum:

Maingena, Aleides, et Pollux cestibus (f) auctor,  
Arte sua Thebis redditum cultumque dedere.

Hac sorte data opperiebantur Thebani siquid tale proveniret.

LXVIII. Alexander vero cum Corinthum devenisset, eamque occupavisset, forte acciderat sollempne certamen gymnicum apud illos agitari: unde Corinthii quoque uti adesset atque illi certamini præsideret magnopere contendunt. Annuit igitur rex: cumque plurimos pro merito coronis donisque largissimis muneraretur; Thebanus quidam, cui Clytomachus nomen esset, certamen luctae profitetur, idemque de cestibus pugnam, atque identidem (g) pugillatum (h): denique tria ista certamina idem profitetur et sub-

Corin-  
thi agita-  
tur certa-  
men ry-  
musicum.

(a) Cod. et quicquid. (b) Ita cod. constanter sine diphthongo. (c) Ita cod. nisi maria in idem. (d) Ita cod. constanter omni duabus l.

it. Ergo cum primum luctando adversario praestisset, coronamque laboris exegisset, iubet Alexander cetera quoque eundem prius exsequi quae promisisset, quaeque si pari fortuna obtineret nihil omnium fore quod sibi potenti rex negaret. Igitur usus fortitudine atque fortuna, cum esset cestibus potior et pugillatu felicior foret, revertitur ad regem coronandus.

Alexander Thebas restituimus permisit. LXIX. Sed ab eo cum quaereret praeco more sollempni quis esset nomine quemve se civem profracteretur, ut illud ex more praedicatur, Clytomachum quidem se appellari ait, civitatem vero habere desisse. Sed id cum coronis redditis iam deesse diceret Alexander gloriae victoriae illius, addit Clytomachus, olim se habuisse etiam civitatem, sed priusquam Alexander regnum adeptus foret; eo vero imperante sibi patriam deperisse. Hinc intellecto quo pergeret intentio deprecantis, ut suum esset quod ille foret pro patria petiturus, edicere praecomenem iubet, condi Thebas esse permisum in honore scilicet trium Deorum, Mercurii qui repertor luctandi cluat, Herculisque qui pugillatus invenerit, Pollucis etiam qui cestibus sit magister. Eoque effectum est uti oraculum Apollinis congrueret cum Alexandri pronuntiatione.

(a) Cod. et praeco. (b) Cod. prima manu Alexander, mox factum Alexandri. (c) Cod. vicer. (d) Cod. edici. Vel dic edici per praecomenum.

## IVLII VALERII

## RES GESTAE

## ALEXANDRI MACEDONIS

TRANSLATÆ EX AESOPO GRECO.

## LIBER II.

## QVI EST ACTVS.

I. Igitur Alexandro iter e Corintho Plataeas Alexander  
erat, urbem quidem illam operis maximini popu-  
lalique, enimvero religioni intentam Proser-  
pinæ Deæ, cuius templum etiam erectum ad  
magnificentiam visitur<sup>(1)</sup>. Sed forte illo in tem-

(1) Proserpinæ fannum non commemmorat plataense Pausanias, sed Iunonis, Minervæ et Cereris fana tria Boeotic. III — IV. Aedem Proserpinæ et Cereris paene dirutam scribit adhuc sua aetate superfluisse stadiis XL. procul urbe Plataeis. Cereris et Proserpinæ fannum prope Plataeas sub Cythaeron cognoscimus ex Plutarcho in Aristide (T. II. p. 504). Editia historiæ Alexandri cap. XXXIII. dicit templum Diana quod: 'I. Valerius Proserpinæ. Ego quidem vehementer suspicor, apud I. Valerium loco Proserpinæ scribendum esse Iunonis, cuius reipæ Plataeis templum erat amplissimum et ornatissimum, cum signo Iunonis velato. Iamno Plataenses certo tempore sollempnia sacra dæsada (quæ erant vota statuae) circunduebant, Lege Pausaniæ. Boeotic. III.'

pore annuo sacro tegmen Numini parabatur. Coniectura vaticinandi sacerdoti eiusmodi fuit, multum ad gloriam gestarum rerum et gerendarum ejdem Alexandro auspicari, quod illo in tempore sacri supervenisset: idque responsum et ad spem et gaudium illi fuit: liberaliterque acceptam vatem a se dimittit.

II. **Enim** et aliud testimonium vati ad veridicentiam forte tale provenerat. Stasagorae quippe magistratu<sup>m</sup> Platenium <sup>ad</sup> postea ingresso templi locumque eum in quo idem tegmen Numini texeretur, cum ei pere signum superesset, adversum ea vates quae secunda Alexandro prae- cincinerat, illi respondit, cumque ait <sup>ad</sup> magistratu suo protinus deponendum. Quod cum inclemensius vir ceteroqui melioris conscientiae accepisset, in iram commotionemque conversus increpare vatem falsidicentiae cooperat. Verum ad haec sacerdos: Ne sane, inquit, moveare his dictis, o vir: nam cuncta ista quaque hominibus divinitus praenoscuntur, colligi conie- turis argumentisque praenosci Diis sedet.

III. Accipe denique argumentorum vias. Quippe ut illud melioris spei Alexandre dicere- tur, id temporis supervenerat, quo insigniri vestis intextu purpurea <sup>ad</sup> cooperat. Id enim de-

(a) Ita cod. (b) Cod. eum querit. (c) Cod. purpurea.

rum ad ornamentum rei praeparatae adhibe- tur. Enimvero, ut vides, iam textu ferme con- ploto et labore omnis operis absoluto, tumet ingressus. Igitur quod ista vestis ab opere la- boris pausam habet, idcirco non ab re visum est tibi quoque terminum magistratus futurum. Id cum altius animum Stasagorae descendisset, simulque metu ponendae potentiae ageretur; quod <sup>(a)</sup> vates sibinet, non Stasagorae, contra- ria prae dictisset; ipsam illam sacerdotio deduci iubet.

IV. Quod cum Alexandro nuntiatur, adver- sum iudicium et gratiam suam Stasagoram ni- sum, graviter infestus, eundem illum, ut prae- dicatum <sup>(b)</sup> fuerat a sacerdote, spoliat magistra- tu, sacerdotemque loco restitui iubet. Quod igitur Stasagorae magistratus ab Atheniensibus datu<sup>s</sup> foret, eo recurrit, ibique iniuriam facti de- flens, opem ab his, a quibus dignitatem illam acceperat, imploravit. Animo incitatiore Athe- nienses ne verbis quidem a regis contumelia temperavere. Quibus acceptis Alexander in hanc sententiam litteras ad Athenienses dedit.

V. Evidem me scio, post susceptum pa- <sup>Alexandri</sup>  
tris mei regnum, procuratione fortunae iam- <sup>litteras ad</sup>  
pridem occiduo orbe disposito, idque per lit- <sup>Athenien-</sup>  
sec.

(a) Cod. habet quod, sed videtur dicendum quod. (b) Ita cod.

, teras <sup>(1)</sup>, paratisque his partibus et ad auxilium  
, eius mei commilitio copulatis, gratiam reliquis  
, eius studii fecisse, contentum his modo qui  
, mecum a Macedonia inierant hunc laborem,  
, quorumque comitatu Europa nobis omnis ac-  
cesserat. Sed ex his omnibus Thebanos qui-  
dem non levi de causa occidione interemi: de  
Atheniensibus vero spes mihi erat dextros mihi  
satis et obsequentes futuros. Enim cum secus  
dictis vos insolentibus velitatos audierim acci-  
pite sententiam meam non verborum scilicet  
agmine gloriantem (quod <sup>(2)</sup> decentius fieret a  
potentiore) verum uti sciatis, boni vos con-  
sulturos, si praeceptis mandatisque nostris li-  
bentem operam comminodetis. Aut enim melio-  
res esse oportet, aut melioribus obsequentes <sup>(3)</sup>.  
E qua re mille annua talenta dependi mihi ab  
Atheniensibus iubeo.

Athenien-  
sium re-  
sponsum.  
VI. Ad haec illi resribunt: Non nos dif-  
fitemur et patris tui vita diu offensos, et eius  
morte gavisos esse <sup>(4)</sup>, quod idem iam coepi-  
mus de te quoque velle, iuvenis inconsultis-  
sime, cum tibi [ab] Atheniensibus dependenda

(a) Cod. sed.

(1) Recole lib. I. ad cap. xvi. p. 123. n. 1.

(2) Eadem sententia est lib. I. cap. xvii.

(3) Consonat Diodorus xvii. 5.

, mille talenta scripseris, uti scilicet inter nos  
principium bellandi pareres <sup>(5)</sup>. Quod si tibi  
tanta est confidentia, paratioribus occursabis.

VII. His resribit Alexander in haec verba: Alexan-  
der, iam quidem miseram Leontam qui vos excisos  
linguis ulcisci recordiae potuisset, vestrosque  
una oratores ad me perducere. Nam consul-  
tius visum est ipsum me ad evertendas Athe-  
nas protinus militare, quia iussis nostris adie-  
cerint <sup>(6)</sup> contumaciam. Si igitur declinando  
huic experimento consulitis, decim <sup>(7)</sup> oratores  
vestros <sup>(8)</sup> ad me deduci patiemini. Hoc enim  
modo reliquorum urbis vestrae habebitur ratio <sup>(9)</sup>.  
Hisce Alexandri litteris cum hoc tantum, non  
se facturos esse, superscripsissent, eandem epi-  
stolam referri protinus mandavere. Quae causa  
cum mox curiam contraxisset deliberatione praes-  
sentium necessaria, orator Aeschines <sup>(10)</sup> in haec  
verba concessionatus est.

VIII. Etsi video, Athenienses viri, quan-  
tum nos impendeat ex praesenti <sup>(11)</sup>, propius  
Aeschi-  
ni consili-  
pacific.

(a) Ita cod. mox factum parares. (b) Cod. abjecerit. (c) Ita cod. decim.

(1) Alexandrum petivisse ab Atheniensibus ut sibi decem ora-  
tores dederentur, scribunt Diodorus xvii. 15. Justini xl. 4.

(2) Alexandre studuisse Aeschinem constat ex eius oratione  
in Ctesiphonem esp. llii. Quae nunc sequitur apud Valerium  
eius oratio in eamdem sententiam consipiat.

(3) Sensus est: Easi videtur ovulum nobis malorum iuspen-  
dere etc.

que et saluti vestrae <sup>(a)</sup> communi et voluntatis <sup>(b)</sup> stare [non] dedi <sup>(c)</sup> nos <sup>(d)</sup> Alexandri voluntati; tamen comprehendisse me sentio, nihil <sup>(e)</sup> neque commodis vestris neque quod ad nos pertinet saluti proprius yideri, quam si <sup>(f)</sup> in hac sententia perseveretis uti conditionibus regiis praecepsisque pareamus. Non enim inani iactantia periculum periclitandi videor mihi hanc fovere sententiam, sed quod intuear spe cupiti firmorem <sup>(g)</sup>, cum et Alexandri institutionem et Philippi vehementiam recordor atque considero. Etenim Philippo adrogantiae mos proprietor erat, Alexandro vero adsunt Aristotelis disciplinae. Neque in hoc ducor <sup>(h)</sup>, ut qui illius educationibus laboravit <sup>(i)</sup>, non his reverentiam deferat, a quibus ortae sunt sibi haec disciplinae, ipsique ars regnandi sit tradita. Quare si profecto fiet ut omnem intentionem animi, quam ad nos armasse videbatur, in benivolentiam protinus vertat, nisi maulvis <sup>(k)</sup> image arma hominis experiri.

(a) Cod. salute nostra, sed mox inferius saluti. (b) Ita cod. prohibetur. (c) Cod. hec didi, sed cap. x. dedit. (d) Tò nihil superius ex alio codice. (e) Cod. quasi. (f) Cod. firmorem. (g) Cod. laboraret. (h) Cod. maxule.

(1) Nempe nos oratores, quos sibi dedi postulat Alexander.

(2) Nempe fallor.

IX. In hanc fere sententiam cum' Aesches perorasset, Demades <sup>(1)</sup> enimvero oratorum viribus haud contempnendus intervenit atque hinc exoritur. „Quousque tandem, Aesches, meditatis hisce et ad mollitiem effeminatioibus verbis timiditates nobis et dissolutiones Atheniensibus struis, territans nos et avertens a belli studiis, quibus incliti semper atque inopinabiles fuimus? Aut quae te tam infesta caelstium vis in haec verba sollicitat, cum tu suaseris et merito olim constanterque persuaseris arma nos sumere adversum Persas <sup>(2)</sup>, et in illa tot hostium milia instructos ferme sola animi virtute militasse? At nunc contra quasi intentionis <sup>(3)</sup> arcus, sic idem obfirmatas sententias nostras remittendas ac relaxandas putas? Cen-

Demades  
ad bellum  
adhortatio.

(a) Ita cod. mox factum intentus, quod proho.

(1) Demades apud T. Valerium bellum in Alexandrum decernit: verum alii auctores plerique paci illum potius studuisse confirmant: et quidem id ipse ait Demades in orationis fragmento quod sub eius nomine circumfertur. Livius tameq. IX. 15. ait: *Adeversus Alexandrum Athene in civitate fracta Macedoniam armis, cernente tum maxime prope fumantes Thebarum ruinat, eacionari libere aut sunt homines, id quod ex monumentis orationum patet. Sed enim nulla extare scripta Demasius Cicero (Brut. ix.) et Faetus. (Inst. xli. 50.) tradunt. Quare et haec, quam nos edimus, concio tota ex Historici ingenio proensa videtur.*

(2) Nempe, ut arbitror, quem olim agebatur de summo Graecorum imperio deferendo ad Philippum helli persici causa suspiciendi.

,ses ne igitur vitandam declinandamque nobis  
,pueritiam cum tyrannide, duo nomina incon-  
,sultissima, freta temeritate sola et audacia pa-  
,tris confidentissimi? Deinde illi nos horum  
,tela atque aciem perhorrebimus, qui Xerxae  
,milia verterimus, Lacedaemonios vicerimus,  
,Corinthios <sup>(a)</sup> straverimus <sup>(1)</sup>, Megarenses <sup>(b)</sup> in  
,fugam verterimus <sup>(c)</sup>, Zaczynthios exciderimus <sup>(d)</sup>?  
,Nosne ergo Alexandro illi quem dixi, ut Ae-  
,schines suadet, vitabimus obviare?

X. ,Enimvero, ait, memorem illum magi-  
,sterii vestri disciplinarumque, quas apud no-  
,stros peritos acceperit, et pudore flectendum et  
,reverentia molliendum, vultusque ipsos no-  
,stros religione praeteritae consuetudinis minime  
,aspernaturum. O rem ridiculam, et puerilis  
,medius fidius abiectaque sententiae! Absentes  
,nos contumelias laccessivit, et ad supplicium  
,dedi sibi tyrannico spiritu postulat, et iter  
,nostrum olim <sup>(e)</sup> civitatisque praeludit exitium  
,is, a quo praesenti nobis humanitatem istam  
,et amicitiam hariolamini. Neque illud mage  
,nunc ante oculos venit, Stasagoram nostrum

(a) Cod. Corinthus. (b) Cod. Magarw. (c) Cod. olym. Sed ne olim  
quidem placebat.

(1) Diodorus xl. 79.

(2) Idem XIII. 65.

(3) Idem xv. 45 — 46.

,Platensium magistratu deiectum? in cuius sci-  
,licet contumelia nostra iniuria continetur: quod  
,illud quidquid nostrum universitati moliatur,  
,in illo priore signaverit. Is ergo expectabitur  
,ut praesentia nostra moveatur, quem Stasagorae  
,purpura et magistratus fascesque <sup>(1)</sup> minime  
,moverunt? Cum in illius unius nominis dig-  
,nitate puero isti universae Atheniensum curiae <sup>(2)</sup>  
,maiestas obviaret, atque oculis eius sese et  
,vultibus ostentaret, siquid tamen recte sapere  
,didicisset? Is ergo nostram praesentiam mitius  
,opperietur? An mage cum semel in eius ma-  
,nus potestatemque venerimus dedet supplicis  
,ultionibusque poenalibus? Et haec quidem sint  
,dicta de moribus.

XI. ,Huc tamen addite aliiquid etiam de  
,eius aetate, in qua aestimatu perfacile est,  
,quod illa dimicare forsitan confidentius, con-  
,sulere dementius possit. Enimvero, ait, Tyrios  
,excidit: neque enim poterant illi forsitan resti-  
,tisse. Thebanos evertit, non <sup>(3)</sup> illos quidem  
,inertes aut belli artibus alienos, sed enim fre-  
,quentibus admodum discriminibus fatigatos.

(a) Cod. curie. (b) Cod. num.

(1) Cod. fasces. Sed die fasces pugnauerunt. Nisi forte maxis  
respicere ad illud Horatii lib. I. Satyr. V. 56. Prætextum et  
latum claram prunaque batillum.

Peloponnesios, ait, captivitate subiecit, neque hoc addit, non bello non telis, enimvero lue corruptos et fame. Hic nunc, si placet, hic sane proferte in medium nostra Xerxique<sup>(a)</sup> experimenta, qui mare molibus presserit, qui altum illud navibus straverit, qui terram illam omnem exercitu suo texerit<sup>(b)</sup>, qui aera ipsum telis iaculisque velaverit. Deinde illum quidem Persen adeo spirantem et confidentem abegimus, incensis eius navibus aut etiam superatris: et tot illa milia exercitus ab hac civitate reppulimus, Cynaegiro et Antiphonte et Mnesicharmo aliisque non multis illi violentiae occurvantibus. Nunc autem nos, quorum duces roburque virium enumerare difficile est, reniti Alexandro declinabimus<sup>(c)</sup> puero confidenti et hisce noxiis<sup>(d)</sup> satellitibus, qui imprudenti imprudentius obsequentes temeritatem eius praecipitare mage poterunt quam fulcire?

XII. Ad quos<sup>(e)</sup> (id per Deos deliberate) quid tandem destinandos Aeschesne censeat decim pariter oratores? Eos ne omnes quorum singulis saepe salutis vestrae consilia rexistis? Neque hoc videtis Alexandrum vobis subtili quodam et clandestino consilio monstrasse,

(a) Superior cap. 2x, *Xerxes*, at hic Xerxi, quod retineo propter exemplum Itinerarii cap. LXVII. (b) Cod. exerit. (c) Cod. declinamus. (d) Cod. noxi. (e) Cod. sed quoque.

quid illud sit tandem quo ipse quoque intelligat se disparem Atheniensibus fore? Quippe cum in rebus agendis bellicisque pariter atque civilibus omne factum fundari stabilinique videatur utilitate consilii, ut tunc demum recutius atque consultius manum opera subsequatur; id ipsum vobis avertere ac praevenire conatur; ut veluti inermem ratem sollertia gubernantis, sic vos urbemque Atheniensium totam desertos consiliariis vestris opprimat et incurset. In quo (nequid de<sup>(f)</sup> militibus) de oratoribus dixerim: equidem puto vel canes decem solo latratu suo et infestissimis lupis et ceteris bestiis terrori esse, etiamai in illos dentes nil valeant; hisce vero quiescentibus aut facessentibus, vel ignavissimam bestiam totis gregibus perniciosem satis atque infestam esse consuesse<sup>(g)</sup>.

XIII. In hanc fere sententiam Demades dixerat. At vero Athenenses Demosthenis tunc consilia flagitabant, quod scilicet eius viri orationisque maiestas saepe eorum commoda consiliaque rexisset. Cum is<sup>(h)</sup> orator consurrexisset, manuque de populo tumultuante silentium pos-

(f) Cod. nequidam. (g) Cod. fuitur.

(h) Demadē de non tradendis Alexandro oratoribus prephisma tolisse ait Diōdorus XVII. 12.

poscit, in haec erupit. „O cives viri (placet  
enim in praesenti vos hac communi nostrum  
appellatione nominare, ut scilicet sub nomine  
adfectus huiusmodi intelligi promptius sit,  
quidquid omnium dixero, id non meo mage,  
quam communi scilicet vestrum commodo pro-  
futurum). Agitur enim haec, ut video, curia  
super tractatu<sup>(a)</sup> utrum ne vobis arma adver-  
sum Alexandrum sumenda, an vero nobis eius  
conditionibus obsequendum. In quo quidem  
accedere me laudareque Aeschini<sup>(b)</sup> sententiam  
non segniter profitebor<sup>(c)</sup>. Usus est enim ora-  
tione admodum modesta et temperantissima,  
ex qua videtur neque viribus nostris diffidere  
si bellandum foret, neque contemplatione ha-  
rumce praesentia commoda neglexisse.

XIV. „Enimvero quoniam haec illo dicente  
a multis audio sic accepta ut segnis cuiusdam  
et alieni de bello sententiam; interim nunc ad  
orationem eam transeam, qua Demades usus,  
robustus sane ille vir ac disertissimus ita in  
suadendo peroravit, ut nos putaret exemplis

(a) Cod. tractu. (b) Ita cod. heic et cap. xxiv. ut superius lib. L  
cap. LIX. Achilli, et inferius cap. xx. Demostheni.

(c) Demosthenem adulatum esse interdum Alexandro eiusque  
partibus studuisse testatur Aeschines contra Ctesiph. cap. L. Sed  
longe pluribus veterum testimonios constat Demosthenis odium  
perpetuum adversus Alexandrum.

, olim felicium gloriarum ad praesentia quoque  
pericula producendos. Ait enim nos Xerxes  
finibus eiecisse, Cynaegiro<sup>(a)</sup> scilicet duce et  
hisce qui una cum ipso militabant. Ad quam  
partem orationis quaeso, Demade, ut paulis-  
per ea, quibus magnopere consulebas, necum  
conferre tractareve ne dubites. Quid enim tan-  
dem mihi dices, si a te exactum iri vellem,  
uti tales aliquos etiam nunc mihi duces pro-  
meres, ac tunc demum in Alexandrum hor-  
tarere? Quod si illi non assunt tales aut tot,  
utique nobis quoque sunt consilia tutioris com-  
modi volutanda, considerandumque prae om-  
nibus, an<sup>(b)</sup> praesentibus commodis periculu-  
rum gloria preeoptanda sit. Non enim si ora-  
tionis plusculum in curiam detulerimus, aut  
compta satis atque ornatiora verba prompseri-  
mus, exim nobis aliquid virium accessorum  
est, et arma fabricata<sup>(c)</sup> nova de verbis.

XV. „Addis magnum illud et potentissimum  
regem Xerxes fuisse, sed eundem nostro ap-  
paratu superatum. Donamus. Et quanquam<sup>(c)</sup>  
haud dubium profitendum sit nos illius viri-  
bus minores longe fuisse, consilio vero vel

(a) Cod. nr. (b) Cod. fabrica. (c) Cod. ex quare.

(a) De Cynaegeiro Herodotus vi. 444. Iustinus II. 9. Valerius  
Max. III. 2. 22. Ammianus xxiv. 6.

, prudentia potiores; nunc tamen intelligo videoque ne illud quidem Alexandro deesse, quo a nobis Xerxes potuerit superari. Tredecim ferme iam numero eius bella<sup>(1)</sup> pariter et victoriae numerantur, civitatesque illi innumerae, quin immo provinciae consensere; aut squae contumacius sponte cedere detrectaverint, subiugatae<sup>(2)</sup>. Quae quam dant consilii summam<sup>(3)</sup>? an nisi ut periculo careamus? Vide, licet Tyrii inbelles, ut ait Demades, fuere et idcirco superati. Illi sunt Tyrii qui adversum classem innumeram Xerxi confidentissime restiterunt atque eam deinceps incenderunt. Inermes, inquit, Thebani. Illine qui omne aevum omnemque aetatem suam non in bellis modo, verum in victoriis consumptserunt<sup>(4)</sup>?

XVI. Addit etiam, Peloponnesios non ab illo victos, sed fame lueque superatos, quibus quidem Peloponnesiis Alexandrum satis constat frumenta quoque laborantibus direxisse, adeo ut Antigono duce Alexandri resistente quod hisce vires et alimonias destinaret, cum quibus mox foret bello et proeliis decernendum, Alexandrum respondisse sit palam<sup>(5)</sup>: Ut, in-

(a) Cod. subiugare. (b) Cod. consilii rui. (c) Cod. consenserunt.

(1) Nempe pugnas.

(2) Nempe noctisimum.

,quit intrinsecus eos et inter se decertantes bello vincam, nec gloriae meae palmam suis sibi aut famis nomina vindicent. Et haec quidem vita sint. Mirari tamen vos, interim non oportet, Stasagoram magistratu esse deiectum, cum indignatio illa vobis utilitatique communi proficiat. Nam si Atheniensis Stasagoras aequo ac<sup>(6)</sup> sacerdos illa templi nostratis est, quain magistratus ille privaverat sacerdotio; nonne praevenisse indignationem vestram et sententias videtur Alexander, cum illam iniuriam in auctorem vertit, quam Stasagoras fecerat in sacerdotem? omniaque quae illi in contumeliam nostri fecerit prouinde ultus sit, ut a nobis quoque ulciscenda esse praesumere<sup>(7)</sup>?

XVII. In hisce etiam nunc Demosthenis oratio versabatur, et adclamatio protinus nimia Amphictyonum<sup>(8)</sup> erat, et tumultus incongruus, ac Demadi silentium iubebatur: laudari vero nonnunquam Aeschines ab optimo quoque. Sed enim consurgens ait iterum Demosthenes<sup>(9)</sup>: Xerxem maria quidem muro munisse; profundum etiam navibus constravisse, exercitu Grae-

Peroratio  
Demosthe-  
nis.

(a) Cod. pro aequo ac habet quam. (b) Cod. Antiphonum.

(1) Cod. sic: *Sed enim consenserunt. Ait enim. Xerxem etc. qui est locus sine dubio corruptus. Constat autem ex cap. xx. Joui hec iterum Demosthenem.*

ciam complevisse, aera ipsum subterstrayisse  
iaculis et sagittis, gentem Persidos denique  
superduxisse captivitatibus Graeciae. Landamus  
ne igitur eius potentiam qui haec fecerit, an  
exsecratur, quod urbes Graeciae spoliens suam  
barbariam frequentaverit? Quid ergo ad haec  
exempla Alexandrum provocamus? qui Graeco-  
rum quidem quisque sibi restiterit non capti-  
vitate duxerit, sed victoriae liberalitate cor-  
rexerit, unaque secum coegerit militare, pro-  
fessus palam id esse votum regno et potentiae  
suae ut amicos quidem adficeret beneficiis, ini-  
micos vero transducere ad amicitias. Quod si  
id illi votum et propositum fuit, Athenienses  
nos qui amici Alexandro fuerimus, qui magis-  
teria nostra eidem praeiverimus, inimici tanto  
viro quod<sup>(a)</sup> malumus esse quam amici, id  
vero ego dici turpe Atheniensibus puto, fieri  
posse porro non arbitror. Turpe enim est, nos  
quidem, qui illi magistri fuerimus, consilio  
inprudentissimo deprehendi; illum autem<sup>(b)</sup>,  
qui a nobis has scientiarum artes acceperit,  
prudentia nos et sapientia praevenire.

XVIII. Sed haec omittamus. Ad illa nunc  
animos advertite. Quis rex tyrannus vel quis  
Graecorum imperator Aegyptum aliquando ag-

(a) Cod. vero quo. (b) Cod. rimum.

gredi aut irruere ausus esset, quod ille solus  
cum Deorum auctoritate fecisset? Clementia  
sua seipse sic et beneficiis commendavit, ut  
tantam illis<sup>(c)</sup> urbem considerit ac fundaverit,  
quantam in omni terra nullam fama<sup>(d)</sup> distu-  
lerit. Idque in his regionibus factum quae nu-  
per agere sub ditione<sup>(e)</sup> Persae videbantur.  
Enimvero ipsis indigenis id petentibus ac de-  
precantibus, qui cum Alexandro belli fortunam  
subire deligerent, ille Alexander, ille, inquam,  
quem vos mente captum et percitum nomina-  
tis, hac Aegyptios oratione<sup>(f)</sup> conpressit qua-  
diceret, idcirco se illis tantam civitatem ur-  
bemque condidisse, ut ipsis excentibus ter-  
ram et quieti indulgentibus ac remissis, illo  
pro universis subditis militaret.

XIX. Perfecit igitur partim experimentis et  
ostentatione virtutis, partim ratione pariter et  
oratione prudenti<sup>(g)</sup> ut non solum parere ei  
libentibus sit Aegyptius<sup>(h)</sup>, verum etiam ad ea  
pendenda quaecumque sint regibus necessaria  
faciles animos habeant et voluntatem. Vident  
denique quanta<sup>(i)</sup> primus omnium apud Aegy-  
ptum imperii sui iecerit<sup>(j)</sup> fundamenta. Quod

(a) Cod. rimum ille. (b) Cod. quantum sub omni terrariorum nullam famam. (c) Cod. ditione. (d) Cod. prudentiae. (e) Cod. Aegyptius. (f) Cod. quae ranta quae. (g) Cod. cicererit.

(1) Resole lib. I. cap. XXXVIII.

, enim exercitūs milia urbs illa alere possit hand  
 , dubium est: neque his modo sufficiens quae  
 , moenibus suis atque gremio teneantur, sed pro-  
 , cul etiam laborantibus et dimicantibus idonea  
 , sustentatrix una viris unaque his omnibus quae  
 , sint multitudine necessaria, opulens et abun-  
 , dans, facilis ad obedientiam regis, prudentia  
 , eius scilicet qui sic instituerit [ad] obsequium  
 , mores. Alimoniam <sup>(a)</sup> petit? protinus parent.  
 , Auro indigit? sunt vectigalia ditia. Militem  
 , quaerit? animis volentibus praesto sunt. Et  
 , hisce nos opponemus periculum nostrum, qui-  
 , bus utique per concordiam copulati auctiores  
 , esse instructioresque poterimus? Lacessitis vero,  
 , nequid infastius dicam, semper in armis et  
 , proeliis?

Atheniensium  
legatio ad Ale-  
xandrum.

XX. In hanc sententiam Demostheni <sup>(b)</sup> om-  
 nis Atheniensium numerus congruebat. Decernit  
 denique coronam auream Alexandro esse mit-  
 tendam pondo <sup>c</sup> consultumque ordinis fit <sup>(c)</sup>  
 quo gratiarum actio videretur <sup>(d)</sup>, una legatis qui  
 honoratissimi <sup>(e)</sup> forent eius urbis, dummodo ab  
 illa oratorum transmissione temperarent. Pro-

(a) Cod. alimonias. (b) Decreto cap. xiiii. p. 190. n. 5. (c) Cod. mi-

(1) Nota putum hellenismum, neupē ex iōōnēs Χάρον.  
 (2) Cod. honoratissimi, mox expuncta est altera n. Mihī  
 quidem veniebat in mentem istiū illud desideratissimum pro-  
 desideratissimum.

fecta ergo legatio <sup>(f)</sup> cum apud Plataeas regem  
 Alexandrum offendisset, insinuasset que manda-  
 ta, et Demosthenis una suasione consensum  
 Amphictyonum <sup>(g)</sup> universorum; ad einsmodi re-  
 sponsum regis benivolentia protinus transfertur <sup>(h)</sup>.

XXI. Scriberem vobis Athenienses ut rex,  
 , sed ab hac me appellatione distulerim; donec  
 , omni barbaria subiugata effectus hic meus no-  
 , mini graeco proficiat. Nam quoniam iam pri-  
 , dem scripseram decim oratores vestros ad me  
 , destinari, quod eorum culpa inobsequientiae ar-  
 , gueremini, scire vos par est, non eo me istud  
 , consilio fecisse quo potentiam mean in eos,  
 , quorum disciplinis institutus essem, aliquis ex-  
 , periretur. Etenim si id facto opus esset, uti-  
 , que una cum exercitu martioque terrore ad  
 , vestra moenia transcendissem. Sed quoniam  
 , haec ostentatio inimica vel hostica est, idcirco  
 , prudentissimos vestrum convenire conloquio  
 , meo malui, ut cum his communis commodi  
 , disceptator subsicui <sup>(i)</sup> metus vos formidine  
 , solverem.

XXII. ,Enimvero vos qui conscientia pre-  
 , meremini, nihil omnino semel <sup>(k)</sup> erga mea ob-

(f) Cod. affectionum. (g) transferri. (h) Ita cod. (i) Cod. sem-

(j) Coaster Diodorū XVII. 55. Iustinū XI. 4.

, sequia consultantes, quin etiam explorantes idoneum tempus quo meos Macedonas infestarestis<sup>(a)</sup>, id animi prodidistis, quod adversum nos tunc etiam habuissetis, cum patre meo Zaczynthios oppugnante auxiliatores diversae parti fueritis. Contra autem vos [cum] a Corinthiis oppugnaremini, Macedonum auxiliis et suffragiis potiti Corinthiorum vim a vobis repulsam esse meministis. Rursusque nobis M. nervae simulacrum ritu nostro<sup>(b)</sup> erigentibus in Macedonia, vos simulacula et imagines patris mei e templis ac sacris vestris deponendas esse dixistis. Egregiam igitur vicem pro tot et tantis beneficiis a vobis accepimus.

XXIII. Quae profecto vos etiam ad praesentem discordiam memoria iniquitatis vestrae ducebat, non sines utique animo nostro benignitatique confidere, ob id vel maxime, ne quando maiestate hac regia sublimatus ad ultimationem praeteritiae iniuriae magis quam ad affectionem civicum raperer. Verum id neque mihi a<sup>(c)</sup> natura est, neque civica religio permittit qui et apud vos studuerim<sup>(c)</sup>, et ipsi Atheniensem esse malueritis, et ego nomine hoc partis cipato me glorier gloriatusque sim. Enim in-

(a) Cod. habet ritu nostro non sine aliquo littera. Quare fortasse discendum rite vestro. (b) Cod. ad. (c) Cod. permittit quoque apud studentem.

(d) Vide Iustinum XI. 2.

, tellego naturale vobis esse sic sapere, cum præterita quoque exempla in eos, quorum consilii uteremini, hostili vos animo fuisse testentur. Sic Euclidem prædicatum<sup>(a)</sup> apud vos sinceritate suadendi clausum carcere necavistis. Sic Demosthenem porro, cuius urbs vestra oratione pariter staret et cura, in exilium proieceris. Tum Alcibiadem legationes vestras nauter apud Tyrum et efficaciter prosecutum curiae vestrae consortio abrelegastis. Sapientiae denique totius apud vos Socraten magistrum in iustissima morte multastis. Ingrati Philippo qui tribus bellis auxilio vobis et subpetiis fuit: quique queramini de Alexandro velut ob Stasagoræ iniuriam, quae omnis vindictæ vestrae profecerat. Idem enim Stasagoras sacerdotem Atheniensem sacerdotio privaverat.

XXIV. Enimvero quoniam ista haec<sup>(b)</sup> nunc omnia ex animo et memoria nostra placuit aboleri, sic vobis ad praesentia mihi respondum habetote: probatas mihi satis laudatasque esse suasiones Aeschini: Demadem quoque non improbari, quod constantiam suam civibus curiae probatam vellet<sup>(c)</sup>: sed enim laudari præcipue Demosthenem, qui unus verae utilitatis et commodi vestri tenax ea vobis quae essent ad ami-

(a) Cod. prædicatu. (b) Malum istuc. (c) Cod. collam.

\*citiam nostram snaserit. Sit igitur Atheniensibus dignitas qui <sup>(a)</sup> cluebant <sup>(b)</sup>, neque ex me quicquam dubium formidaverint <sup>(c)</sup>, cuius haec est vel maxima summa sententiae, ut cum mihi aduersum barbaros pro libertate communi bellum et inimicitias elegerim, eam praecipue urbem Atheniensium tuear, quae theatrum quod-dam et communis curia videatur esse Graeciae universae.

Expediō  
Alexandri  
in Laca- XXV. Cum in hanc sententiam Alexander Atheniensibus respondisset, collecto exercitu La- demonios cedaemona profisciscitur. Id enim sibi vel op- portuissimum tempus Lacedaemonii adrogabant, quo virium suarum potentiam demonstrarent, [sil] inimicitias ocius <sup>(d)</sup> quam concordiam tunc Atheniensium civitas maluisset. Adventanti igitur Alexandro ad urbem suam obiecta sunt clausa- tra portarum, classemque armis et militibus instruxere, quod utrimque terra vel mari formi- dolosos se fore Alexandro arbitrarentur.

Sententia  
epistole  
Alexan-  
tri ad La-  
cedaemonios. XXVI. His rex conpertis, primum ad eos per epistolam <sup>(e)</sup> loquitur, qua moneret uti boni consulerent, eamque gloriam bellicam quam

(a) Cod. quae, mox factum videtur qui. (b) Cod. cluebat. (c) Cod. formidaverit. (d) Cod. Inimicitias ocius concordiam.

(e) Cod. epistola. Lego autem epistolam non epistolam, quia cum o scribitur inferius lib. III. Quazquem epistolam constan-

maiores sibi strenue peperissent, nullo turpi periculo amitterent solverentque. Etenim siquid eorum fortuna in praesentibus vacillaret, cunctae quoque priscarum memoriae gloriarum una sibi periturae viderentur: eventurumque profecto, ut dum Atheniensibus obstinationem suam pergerent ostentare, risui potius inimicis, quam periculo hostibus forent. Igitur oportere eos, navibus derelictis armisque depositis, amicitiae suae potius quam armorum capere experimen- tum. Ceteroqui siquos sententia melior indidem non deduxisset, flammis et incendio deponendos.

XVII. Acceptis igitur hisce mandatis non modo flexi Lacedaemonii non sunt, sed <sup>(a)</sup> con- fidentius in arma concurrunt <sup>(b)</sup>. Coepto autem <sup>(c)</sup> atque exercito per biduum proelio non difficile Alexandro fuit flammis iniectis excidii periculum Lacedaemoniis ostentare. Quare tunc denum sublices summissique, ne illud excidium sibi et captivitas perseveraret, procedunt. Ad quos rex ait: Equidem scio, me integris etiam tunc redditis haec consulere voluisse; at enim vos, cum post classis vestrae <sup>(d)</sup> urbiske incenda

Laceda-  
moniūm  
dedidit.

(a) Cod. sed ut. (b) Cod. non currunt. (c) Cod. tandem.

ter occurere in antiquioribus codicibus et monumentis docui in nova mea Tellianarum orationum editione praef. alter. princip. ed. p. 59. n. 2.

(d) Navalem quidem victoram Alexandri de Lacedaemoniis, memorat Suidas voc. 'Αλεξανδρος his verbis 'Ο μῆγος; 'Αλεξα-



, supplicetis, non improbo vel serum poenitendi consilium. Sed enim utique vos exempla ducebant perinde arma nostra ut Xerxi persica posse propelli. Sat igitur sit quid de utroque diversum fortunae senseritis. Et cum his dictis facessere protinus militem suum ab expugnatione urbis Lacedaemonis iubet, liberamque eam et ad formam pristinæ maiestatis civibus haberi permittit.

Darii delliberationes. XXVIII. Tunc rebus Graeciae sic compositis, ire in barbaros tendit itinere per Ciliciam ordinato. At vero Darius conductis in unum satrapibus universis et ducibus bellandi consilia quaerebat frequenter admodum recolens ut se opinio super Alexandro frustrata foret. Quippe illum incrementis bellicae rei audiebat cottidie

---

δές υπέτεις ταχαζία Δακοδεσμενίους, καὶ ταχίσσας τὸν Παρθενούντα λαρυγόθεον δύοτε, τάνα; νησιαῖς Ἀλεξανδρίᾳ. Magnus Alexander quam Lacedaemonios nūcālī proelio vicit, et Pārmēnum muro cincisaret, hexatombenque immolasset, omnes Athēnieset convicō exceptit. Quamquam etiam Suidas Alexandrum triomphate de Lacedaemoniis ait, tamen arbitror I. Valerium Antipati potius victoriam de Lacedaemoniis conferre studiose in Alexandrum, quamquam hic ex tempore asistanti bellis procul Gracia occuparetur. Resps Alexander visus est eius victorise gloriose Antipati invidere: quare Antipater cui spiritus regis probe notus erat, ut inquit Curtius vt. 1. Non est autem ipsa agere arbitria victoriae, sed conseilium Graecorum quid fieri placaret consulunt. A quo Lacedaemonii, nihil aliud quam ut oratores mittere ad regem licet precati, vniuersam defectionis praeter suores impetraverunt.

sublimari, quem saepe latrunculum nominasset: neque iam sese nescire anceps sibi et viribus hostiis et imperii maiestate fieri certamen. Quippe etsi sibi<sup>(a)</sup> antiquior numerus militantium obsequeretur, audaciam tamen fortitudinemque se Alexandri demirari. Denique pudorem suum haud dubie fatebatur, quod ei viro pilam habenamque misisset<sup>(1)</sup>, quae cuivis magis quam illi ad virtutum<sup>(b)</sup> meritum iuxta<sup>(c)</sup> essent. Ergo iubebat omnes in commune consipire quid facto melius repperissent. Neque enim cessatione aut desidia opus<sup>(d)</sup> esset, in hosce provectus Alexandri virtutibus procurrentibus, cumque in sese paullatim vices utriusque nominis demutarent, quas sic in contrarium resultare<sup>(e)</sup> non absque divina providentia arbitrabatur<sup>(f)</sup>, ut omne illud diadematis<sup>(g)</sup> persici decus ferme iam in macedonica regna transisset. Et haec quidem Darius ad suos.

XXIX. At vero eius frater Oxyathrus velut indigna mage quam si vera dicerentur. „Heu, inquit, o frater o rex, quid hoc tandem rei est quod tantum Alexandro isti laudator te-

(a) Cod. et sibi. (b) Ita cod. Recole Itinerarium cap. cx. (c) Cod. habet dextra, sed fortasse dicendum nota. (d) Cod. arbitrabantur. (e) Cod. dediadematis. (f) Cod. mithwater, sed alias codex lat. landus.

(1) Lib. I. cap. xiii.

(2) Lib. I. cap. XLVI.



,stis accedis? Anne, inquit, haec tibi iam meditata est, ut illi regno tuo cesseris, Macedoniam eius tibimet non vindicaris? Quin potius imitare industram hostis tui: quod ille facturus ad nos pergit ac properat, id nos bellum Graecis inferamus. Neque ego hoc in loco ut ignaviae testis Alexandrum deformavero: quin <sup>(a)</sup> hortor uti exemplis eius utare tu quoque. Tu <sup>(b)</sup> illum videoas nec ducibus nec praecursoribus confidentem, sed sibimet laboris omnis officia vindicantem, haec agere quae tanta sunt: quae tu quoque, si recta sapias per te feceris. Viden ut primus irnat in proelia? prior intonet bellicum? prior periculum subeat? depositis quidem insignibus regis dum est miles <sup>(c)</sup>, recuperatis vero cum vitor est, nihil omnium cunetabundus aut differens: enimvero labore praesenti semper consilia subsecutus.

Consilium de contrahendis ex universa Asia compiti.

XXX. Ad haec Darius, Et ubinam, inquit, haec tibi de Alexandro est comprehensa noticia? Tum Oxyathrus eius temporis memoriam refert, quo <sup>(d)</sup> ad Philippum missus petitum pecunias, ab Alexandre adolescentulo etiam tunc minas eiusmodi exceperisset, quas de praesentibus experiretur <sup>(e)</sup>. Quare boni consuleret rex Darius,

(a) Cod. quas. (b) Cod. com. (c) Cod. mafia. (d) Cod. quod.

(e) Recole lib. I. cap. ix.

et [per] satrapas omnium gentium, quae velut idem cogi possent, exercituum milia laboraret, non Parthis scilicet Elamisve, non Babyloniiis aut Mesopotamiae data militiae evacatione <sup>(f)</sup>. Enimvero armanda tum Bactra, Indos etiam et Samiramidos <sup>(g)</sup> regna censebat, omnesque centum et octoginta <sup>(h)</sup> gentes, quas sibi subditas sciret, ad conmilitium exercitare <sup>(i)</sup>, ut si nihil amplius, certe vel ostentatio multitudinis terrore quodam Graecorum animis obsisteret <sup>(j)</sup>. Haec sententia placebat quidem admodum religiis, et ad stipulabantur etiam plerique praesentes, nisi quod eis <sup>(k)</sup> unum esse prae ceteris viribus penes Graecos constabat, quod plus prudentia mentis quam valentia corporum possit. Ergo secundum haec Darius iubet omnem undique armatam multitudinem convenire.

XXXI. Alexander vero iter per Ciliciam Alexander post nasci-  
tationem in Cydro aegragat.

agens, cum multum spatii sub aestivo sole armis onustus pedibus exegisset, forte Cyndum haud cuiquam secundum flumen vel magnitudine vel perspicui agminis nimio rigore cum ponte transiret, delectatus eius evidenter pariter

(a) Ita cod. evacuatione. (b) Cod. Saranmidos, ita ut legendum videtur Saranmidos. Sed vera lectio Samiramidos originatur ex fine epistolas Alexandri ad Aristotelem et seqq. in tertio libro. (c) Ita cod. exercitare. (d) Cod. animus obsteret. (e) Cod. ex-

(f) Atque lib. I. cap. L dicuntur sententia atque signi.

et magnitudine, una cum armis praecepit ponte ac natabundus exit. Sed id factum etiamsi eius ad testimonium fortitudinis plurimum contulit, valitudinem tamen discriminosius vicerat. Quippe calente etiam tunc et sudante corpore incidens aque illius vehementiam vel rigorem, tantam nervis iniuriam perniciemque tradiderat, ut undique protinus doloribus concurrentibus morbi causa contracta vis expiabilis videretur. Quare cum tempus plurimum laberetur, neque medentibus<sup>(a)</sup> sedulo curatio illa parceret, Philippus quidam<sup>(b)</sup> nomine sciens artis<sup>(c)</sup> eiusdem et sedulitate acceptissimus regi, conficit<sup>(c)</sup>

(a) Cod. mentibus. (b) Quidam suppletur ab alio codice. (c) Cod. artis. Vel dic artem eummodi.

(\*) Sedecim omnino paginas in codice desiderantur. Est enim pagina, in qua occurrit lacuna, finis quarti quaterniorum; tum in codice sequitur quaternio sexti numeri nota signatus. Porro sciendum est, codicem nostrum exdem quidem aetate (saeculo nempe circiter nostro ut dixi in prefatione) totum fuisse conscriptum, non tamen eadem semper manus. Reapie post hanc paginam visitar alia manu, quam, si conjecturis indulgere licet, dimidio prope saeculo antiquiore priora dixerim. Iam is qui partem anteriorem codicis scripsit, (sive potius avulsum suppletivum) omnino materialis, quae nunc absit, iam tum desiderabat: scriptiorem enim in media pagina abruptit, contrastis paulatim versibus, ut in fine scripturarum saepem numero contingere vidi. Denique tercia manus longe recentior hic in pagina spatio verba exaravit: His multa deserit. Deest hic quintus quartus. Iam quatuor historiae capituli ob hanc T. Valerii incun-

XXXII. . . . Quare pollicentem me non pars litterarum Darum, modo thesauros opes regales, sed regni quotidianum ad Portum, que nostri quam amplissimam portionem, spretis Macedo supplicibus eiusmodi, una tantum

nam nobis desint, duo codices ambrosiani, alter græcos alter latinos, sisit declarant. Ego vero ex latino codice (nam græci nimis prolixitas parum commoda est) rerum summarium, uti et ab initio operis feci, hinc exhibeo.

Potionem medicam a Philippo paratam laustorus Alexander monet per litteras a Parmenione Philippi aenulo, ab ipso ut temperet: medicum enim ingentem spe praesumtor a Persis corruptum necem ipsi moliri. Sed confidens apicitur Philippus Alexander os simili poesia ad mortem litoris Parmenionis Philippus eidem tradit. Mox postulante medico Parmenio calumnias pompa luit. Hinc valeatdine recepta, Alexander in Darium copias morevit, conseruoque ad Tigrem amorem ascrivit prolixi, ne forte Alexander a Persa quadam macedonice armis teeso accopit a tergo ieiunum: quem cum galeas bonitas sustinuerit, eatus Persa confessus est, se ad patrandum facinus a Dario indicatum promissa regni parte et regiae filiae coniugio. Audaciam viri mirans Alexander, cumdem dimisi insolument. Deinceps quoniam immormam exercitus hostis multitudinem ex universa Asia collectam ad se rursus appropinquare cerneret Alexander, paucitatem suorum strategemate oculuit. Coacta enim ingenti boum vi proelioris frondes eorum cornibus caudique illigavit: tum armatum praemissum, et silvestri quadam specie antequiescentes Maceónias occulabat, et immenso excitato pulvrae maximis exercitus gradientis indicium faciebat: quo visu Persae stupore defixi sunt. Mox ad fluvium nomine Strangam quoniam uterque exercitus concurrit, solus Alexander specie inconspicua in Darii entra progressus (confer. lib. III. 5.) regem ad podium prolium intendendum provocat. Ab hac tamen benignus habitus mensaque adhuc, repente sentit se a quodam conviva, cui puer olim cognitus fuerat, accuratius notari. Illico igitur relatio convivio fugae consulti: frustraque perseverantibus Persis Macedonum causa tenet. Sequenti die cruentum podium committitur, super tanquam Darius speque omni delectus litteras supplex ad Alexandrum misit, quibus sibi ut reddat matrem, coniugem like-

, suorum arrogantia delectatur. Ergo, mi Pore,  
, iam opibus fatigatus, animo tamen ad senten-  
, tiam milito, si modo faveas. Rursus enim  
, proelium meditor siquos quidem <sup>(a)</sup> ad com-  
, munionem duco sententiae. Quod si tu quo-  
, que tam iustae indignationi nostrae accesseris,  
, tuamque iniuriam existimaveris quae in me  
, grassata <sup>(b)</sup> est, aut pavebis tibi <sup>(c)</sup>; dignum erit  
, et maiorum nostrorum te <sup>(d)</sup> isti conspirationi  
, consulere tuisque commodis non deesse. Igitur  
, ex opinione nostra feceris, si gentes quam plu-  
, rimas congreges, quamque primum queas ad  
, portas Caspias tendas.

XXXIII. ,Enim ne sit militia tibi militan-  
, tiuum inhonora, dabuntur a me singulis arma-  
, torum aurei tres pedestrium, equitum vero  
, quinque, ceteraque quae alimonis abundarint <sup>(e)</sup>.  
, Praedae quoque bellicae pars media <sup>(f)</sup> vestra  
, fiat. At enim tibi privum munus istud habe-  
, bis, quod indidem regalissimum est bucephala-  
, lam equum, scilicet una cum regiis phaleris  
, regioque cultu, concubinisque omnibus quas

(a) Cod. etei quis quem. (b) Cod. crassata. (c) Cod. parvulus re-  
dignum etc. (d) Cod. et. (e) Cod. abundant. (f) Cod. pars ex  
media.

rosque rogar, thesauros autem regios et maximam imperii par-  
tem victor habeat. Sed enim ab Alexandro quam nihil impes-  
trari, scriptis litteris ad Forum Indiae regem rebus suis maxi-  
mum petit.

, octoginta centumque numerant qui noverunt  
, eas: omnes ac tales cum ornatibus propriis  
, consequere. Quare acceptis his litteris, ne ver-  
, saveris quaeso verteris tale consilium: quin  
, properato ad nos venias una cum hisco, ut  
, dixi, gentibus quae circa Indianam colunt\*. Et  
haec quidem Darius.

XXXIV. Sed Alexandrum ista nequaquam la-  
tuere doctum ex transfuga persa quodam. Quare  
, coacta manu ad regiones Medicas tendit, con-  
periens Darium in Balanis <sup>(1)</sup> agere, quod no-  
men genti est. Omissa <sup>(2)</sup> denique Asia iter quod  
instituerat festinabat, satis adserentibus inter-  
nuntiis, quod si Darius fugiens portas Caspias  
intravisset, inefficacem illam inexsecutionem <sup>(3)</sup>  
Alexander laboraret. Quae quidem etiam tum,  
veluti parum fideli sermone acciperet, dubia <sup>(4)</sup>  
rex arbitrabatur. Sed cum Bazanus quidam enu-  
nchus regius transfugisset, isque certius enar-  
rasset Darium protinus fugitum, addita est  
Alexandro properatio. Aderant tunc Dario fu-  
gam molienti satrapae duo, quorum nomen alteri  
Besar erat, alias vero dictus Ariobarzanes.

(a) Cod. amissa. (b) Ita cod. pro inseccutionem, vel iussecutionem.  
(c) Cod. dubia.

(1) Ita cod. Sed videtur scribendum Ebatanis. Sane Curtius V. 8. ult: Darius iam Ebatana pervenerat caput Mediae.

Hi, cum iam rumoribus calidioribus adesse Alexander nuntiaretur, rati se plurimum in gratiam provisuros esse victoris si necem Dario intulissent, regem suum in sua regia solitarium opprimunt et letaliter vulnerant, ac si iam mortuum derelinquent: cautissimum <sup>(a)</sup> confirmantes si tantisper a conspectu Alexandri recessissent, donicum illud facinus quod perpetraran<sup>(b)</sup> et victor perpenderet, divulgaretur.

XXXV. Iamque exercitus Macedonum rursum a strage ad memorata fluenta transmiserat, et Alexander protinus superveniens regiam in qua observari Darium conpererat cursim inrumpit, eumque recens vulneratum atque adhuc spirantem miseriter offendit <sup>(c)</sup>. Sed id Alexandro ultra opiniones omnium fleibile et luctuosum admodum fuit. Videns enim participem illius regii nominis ac maiestatis adeo misere vivendi clausulae reluctantem, flens heilansque <sup>(d)</sup> recenti homicidio confunditur, eumque amplexabundus et contegens regia chlamyde in haec verba solatur: „Erige te, quaeso, Darie, nec

(a) Cod. castissimum. (b) Cod. perpetraret. (c) Cod. heudarque.

(1) Darium existet an nequam Alexander eum adsequeretur aucti vestuários et sinceri scriptores. Constat tamen eundem vix examinatum chlamyde contentum esse ab Alexandro. Vide Zonaram IV. II. Colloquium rutem inter ipsos narrant, praeter I. Valerium, codices amhr. græcius et latiani, nec non persic Mirkhendus apud Saucticrucium p. 189—190.

, deseras: siquid enim ex animo est quod iusseris, ratum habeto regna te tua recepturum futurumque rursus illum qui fueris.

XXXVI. Sed ad haec Darius exsangui iam Darii mortis oratione corpore cum voce etiam ad primum impetum deficeretur, manus supplices tendens adtrectans que genua Alexandri adstantis et circumplexus ut poterat, tandem talibus loquitur. „Licut mihi iam, Alexander victoriosissime, in hac constituto fortuna liberalius aliquid quam quae victi <sup>(e)</sup> sunt loqui, idque a me amicum tibi non hosticum putes. Inter haec blanda verba disceptes <sup>(f)</sup>. Numquam igitur te regii nominis decus tollat: nec siquid blandius fortuna promiserit <sup>(g)</sup>, idcirco te caeli competem <sup>(h)</sup> arbitrare. „Enimvero consultus futuris quam praesentibus consules. Nihil enim interest quod dispescat regiam nostram et plebiculae dignitatem. En tibi ille Darius, nosti quippe qui fuerim dominus et Deus scilicet huiusc mundi existimat, ut fleabilem mortem oppeto <sup>(i)</sup>. Sed habeo obitus huiusc grande solatium, quod in tuis manibus hunc spiritum iam effundam. „Quare quaeso non invideas sepulturam; quam mihi una cum Persis tui Macedones exsequan-

(a) Cod. victoris, sed videbatur dicendum victi. (b) Ita cod.

(c) Cod. promiserat. (d) Vid. legendum compone. (e) Cod. appicio.

, tur. Tum Rogodunen<sup>(1)</sup> matrem meam com-  
, mendatam tibi ad honorem dignum nomine  
, nostro habeto, utque participem Olympiadi  
, tuae. Colito uxorem etiam meam: filiam vero  
, Roxanen hac prece tibi in manum do, quae-  
, que eam dignam coniugio tu censeas<sup>(2)</sup>. Erit  
, enim illi ad solatium largiter, nihil sibi de  
, regia coniunctione defuisse<sup>(3)</sup>. Et in hisce ver-  
bis Darius spiritum transitit.

Darii fu-  
bus.

XXXVII. Multis igitur lacrimis miserationem  
regiam Alexander prosecutus, anferri cadaver et  
ad magnificentiam debitam proque sui dignitate  
ritu Persarum sepeliri iubet. Denique corpori  
regio transvectando cum baiulos quoque nobil-  
issimos suorum atque indigenas esse iussisset,

(1) Vulgarum nomen matris Darii apud historicos est *Syria*-  
gambis. Rogodunes habet et alias latines codex ambr. At co-  
dex graecus *Poës.* Reineccius in *re regno persico* p. 77. profert  
*Rhodogonem* uxorem *Orotis* generi *Artaxerxi*. In *epistolis*  
*procerorum mundi* extat epistola *Rodegis* ad filium Darium rogan-  
tis ne aleam novi certaminis adversus *Alexandrum* experiatur.

(2) Haec deinceps ambere dicuntur Alexandro. Sed enim uxo-  
rem Alexandri Roxanen filiam fuisse *Oxyartes* bactrianni senior  
sententia videtur. Tamen Roxanem, quae Alexandro nupsit,  
dicitur Daril filiam etiam *Malala* p. 247. *Synecclis* p. 264. (qui max ibidem sibi contradicit). *Novairus* stabs apud *Sanctierium* p. 105, *historia edita Alexandri* cap. LXXV. et graecus *la-  
tiusque cod.* ambr. *Suidas voc.* *Aλεξανδρη* oblatas a Dario filiae  
Roxanen nuptias *Alexandro* dicit. Ism si forte est error in fe-  
minae nomine, filium certe Daril collocataam *Alexandro* in ma-  
trimonio ait *Diodorus* XVII. 107. *Curtius* x. 5. *Arrianus* VII.  
4. *Iustinus* XII. 10. *Plutarchus* p. 91. *Zonaras* IV. 14.

ut illis officium tale non dedignantibus fieret,  
primus ipse onus feretri subiit. Quo viso cun-  
cti quoque illud ut privi maximum testimon-  
ium competebant. Infertur igitur sepulchris  
maiorum omnium tum Darius: ac paulo post  
aedes ipsi templumque construitur: et <sup>(4)</sup> lex  
dii religiosaque solemnitas datur more praes-  
cripto uti dies ille annuus Persis celebratissi-  
mus fieret, non sacris modo et laeticia homi-  
numque congregatu<sup>(5)</sup>, verum spectaculis etiam  
atque certamine, tum ad dulcedinem aurium so-  
litis procurari tum ad delectationis<sup>(6)</sup> oculorum.  
Nam et fortitudine decertantibus et voluptate  
sua cuique praemia et honores annuos statuit.

XXXVIII. Postque haec, quod ex incerto re-  
gio incitationis multi victoris animum formi-  
darent, eoque vagis terroribus agitarentur, quo  
cunctorum animos deliniret, edicit in verba  
quorum sententia haec fuit. „Rex Alexander  
Hammonis et Olympiadis filius Persis dicit. Ea  
quidem quae iure belli transacta sunt, nullum  
profecto sapientium puto procul merito<sup>(7)</sup> pu-  
taturum. Etenim ista sententia est, quam ex-  
sequi mortalibus sit necesse. Quare super his  
quidem habeo gratias favioribus meis. Enim  
nunc quoniam vos quoque nostra cura esse

Alexan-  
dei edi-  
ctum ad  
imperium  
constitu-  
endum.

(a) Cod. nr. (b) Cod. congregatus. (c) Ita cod. pro delectatione.

(d) Cod. procul pauperiter.

, coepistis, scire vos par est, satrapas quidem  
regionibus constitutos quibus ex more parebi-  
tis hand secns prorsus ac sub <sup>(a)</sup> Dario mos  
erat: eoque consultavi ne incerta regentium  
observatio plus penes vos haberet formidinis  
quam veritatis.

XXXIX. „Utemini igitur legibus vestris pa-  
riter ac moribus. Idem enim vobis conventus,  
caedem solempnitates et suavia, nec vagum  
quemquam a regione vel sedibus suis aberrasse  
quopiam probaturus sum. Quippe quibus pa-  
trimonia priva habere permiseric, exceptis auro  
pariter et argento, quae communis hic usus  
magis esse regia confitetur. Reliqua vero om-  
nis moneta, quaecumque est, domino permit-  
tetur. Armamentaria sane privata si in usum  
publicum satrapae necessaria viderint, his quo-  
que eos uti oportere mandavi. Agmina pariter  
peregrinare, inque <sup>(b)</sup> aliena transire interdixe-  
rim, nisi quod tuendi sui gratia usque ad de-  
cem vigintie hominum numerum congreges  
facient. Cetera multitudo pro rebellione et  
hostico punietur.

XL. „Mercaturarum versurae sint itidem ut  
sub Dario, pateantque commercia vel Graecis  
in Persas, vel Persis etiam ad Graecos. Quippe  
provisum est ut per satrapas etiam dimensa

, spatia viae publicae consternantur. Solempni-  
tates vobis et certamina gymnica erunt: sed  
hisce omnibus praesides dedi ex Alexandria mea  
viros ex Aegypto quibus aureae quoque coro-  
nae, res autem <sup>(a)</sup> et amictus purpureus est  
permissus: praeterque eos ingressus ceteros sa-  
cri templique prohiberi (placuit). Iudicia etiam  
quae vulgo privatim quisque faciebat, nisi per  
curiam publicam civitatum celebrari non lice-  
bit. Ac si praeter haec aliquis ausus erit, ho-  
stis supplicio punietur. Et haec quidem Ale-  
xander usibus publicis.

XLI. Quod vero ad comprehendendos eos Alexandri  
qui Darium vulneribus incesserant, dicit haec.  
Equidem me gaudeo hostem maximum Darium  
subiugasse, eiusque mortem licet ipse exsecu-  
tas non sim, habeo tamen hisce qui id fece-  
rint gratiam. Quare quod benivolentiam suam  
erga mei studium protestati sunt, ii quique <sup>(b)</sup>  
sunt auctores huius, hortor ac moneo utise-  
prodant mihique indicent, praemia debita re-  
cepturi. Neve istud in ambiguum dubiumque  
quis transferat, iuro maiestatem patris Ham-  
monis et Olympiadis matris meae, quique hi-  
fuerint eos me sublimes ac notissimos omni-  
bus effecturum. Neque enim non maximo digni-

(a) Cod. ac si sub. (b) Cod. in quoque.

(a) Cod. tamen. (b) Cod. quoque.

, praemio qui eius consilia praeverterint, qui <sup>(a)</sup>  
, rursus bellum et nova mihi proelia medita-  
, batur.

<sup>Interfec-</sup>  
<sup>torum Darii</sup>  
<sup>suppli-</sup>  
<sup>cium.</sup> XLII. Ad hoc edictum multis quidem fletu-  
res digna videbatur. Sed enim Besas et Ariobar-  
zanes autores scilicet caedis Darii Alexandro  
sese obvios ferunt, et professi facinus sponsio-  
nem praemii repetunt. Tunc viros protinus com-  
prehendi et quam editissimo in loco cruci sub-  
figi iubet. Quod cum praeter spem hominibus  
accidisset, patefecit exdignum <sup>(b)</sup> se suo nomine  
existimasse, siquid de regia libertate substraxe-  
rit, dum Dario modo ultio debita procuraretur.  
Neque tamen hisce ipsis de periuio se reum  
fore, cum sublimes eos notissimosque omnibus  
fore edicto promiserit, quos quidem facile sit  
visere in illo suggestu crucibus adfixos <sup>(c)</sup>. Tunc  
omnibus et oratio placuit, et regis benignitas  
comprobata est.

Litterae  
Alexandri  
ad Darii  
matrem. XLIII. Sed hisce gestis, et ex voto Persa-  
rum illuc satrapa constituto, qui patruus Dario  
fuisset <sup>(d)</sup>, eiusmodi litteras Alexander ad Rogo-

(a) Cod. quibus. (b) Ita cod. nisi mavis haud indignum, vel ex dignitate et sui nominis.

(c) Confer simile facinet apud Frontonem *de bello pacis.*  
p. 526 — 527.

(d) Numirum Alexander etiam Oxyathrum (scilicet Oxathren)  
Darii fratrem inter corporis custodes adsererat. Vide Curtium  
vit. 5. Djodorum XVII. 77.

dunen matrem Darii facit. , Ea quidem cuncta  
quae mihi adversum Darium fuere, periunde ut  
Diis libuit, sunt transacta. Enimvero ego votis  
petivi ut eius incolomitatem nanctus <sup>(a)</sup> socio  
ipso uterer atque amico. Sed is quoniam suo-  
rum insidiis Besae vel Ariobarzanis sit inter-  
fectus, nihil a me reliqui fuit quod ad prose-  
quendum eius funus ultiōneque dignum fo-  
ret. Verum quoniam supremo Darius alloquo  
filiam suam Roxanen mihi in coniugio esse  
mandavit, voto eius et precibus accessi. Ita-  
que e re est de litteris iam praesciri.

XLIV. Ad haec Rogodune mater Alexandre Matris Darii  
responsum. Nobis quoque id voti maxime  
fuit, ut quoniam Diis inclinare Darii nomen  
ab illa potentia libuisset, in te nobis et illius  
dignitas et spes omnis incolomis <sup>(b)</sup> servaretur,  
quem virtutum scilicet {et} sapientiae merito  
dignum fortuna sua nullus addubitet. Id ergo  
ut cunctis ita nobis praecipue voluplati est,  
quas <sup>(c)</sup> et in illo versu <sup>(d)</sup> fortunae nihilum  
triste experiri contenderis, et habitas pro ve-  
teri ac tui nominis dignitate nunc etiam regno  
participes. Igitur nobis quoniam, Alexander,  
quod Darius es; in te nobis Deos et Deorum  
beneficia numeramus: hancque gratiam ut tibi

(a) Ita cod. incolomitatem nanctus. (b) Ita cod. (c) Cod. quer.  
(d) Cod. in illa versu.

, confessae, ita Persarum quoque proceribus pa-  
 , lam fecimus ipsorum etiam vos <sup>(a)</sup> Deorum im-  
 , mortalium numeris et consortio congregare.  
 , Quare tecum una quod iubes Roxanen quoque  
 , deinceps venerabimur <sup>e</sup>.

Vulgan-  
 tur Roxa-  
 nis nuptie.

XLV. Et haec quidem mulieres ad regem.  
 Eadem autem <sup>(b)</sup> satrapis et optimatibus talia.  
 , Agamus largiter Diis immortalibus gratias, quod  
 , Dario desinente Darii nobis beneficia non de-  
 , sunt. Nam et Roxanen Alexander suam fecit,  
 , eamque coniugii honore dignatur: qua cuncti  
 , de gratia, una cum id <sup>(c)</sup> in commune profi-  
 , ciat, confiteamur <sup>(d)</sup>: cum eos, in quos domi-  
 , nus factus est, mutuari gaudium suum malue-  
 , rit quam exercere <sup>(e)</sup>.

Alexan-  
 dri mode-  
 stia et li-  
 beralitas.

XLVI. Sed ad eiusmodi legationes Alexan-  
 der gravabatur. Neque enim se parilibus cum  
 Diis honoribus exaequabat: quin immo memi-  
 nisse semper mortales suimet oportere admone-  
 bat. Nihilominus, ut quisque in haec officia  
 venisset, laudatos atque donatos honoratius di-  
 mittebat. Itaque quod de Roxane nuptiis con-  
 sulsisset cum matre participat Olympiade, in-  
 betque id quod ex priori praeda mundi regii <sup>(f)</sup>  
 fuerat Rogodunes atque Roxane id referri ad

eas protinus, enim ut affluerent regalibus copiis:  
 ita monet verecundiae quoque disciplinaeque  
 graecae meminissent, colentes scilicet Olympiadem  
 ita ut se rege et marito dignum foret: id  
 enim uxore faciente, nihil fore quod magis es-  
 set Alexandro placitum. Atque his ita insti-  
 tutis et factis, ordinatoque omni regno Persa-  
 rum, in Forum ducit exercitum.

(a) Cod. solis. (b) Cod. tamen. (c) Cod. id quod. (d) Cod. cou-  
 fiteri. (e) Cod. regina.

(f) Nempe molestia adficere.

## IVLII VALERII

## RES GESTAE

ALEXANDRI MACEDONIS

TRANSLATÆ EX ÆSOPO GRÆCO.

## LIBER III.

## QVI EST OBITVS.

Militum I. Pergens autem in Indiam per terras de-  
Alexandri sertas<sup>(a)</sup> et aquarum indigentissimas<sup>(b)</sup>, bestio-  
de experientiarum quoque examinibus infestas, quas pha-  
dien que langia vocant, multo labore ipse atque exerci-  
relae.

(a) Cod. indigentissimas.

(t) In codice est libri III. titulus quemad nos exhibuius, tum sic inscipti liber: *Aquarumque indigentissimas, bestiolarum quoque etc. quo ex loco aliquot verba excidisse exploratum est.* Haec autem supplenda erant ex historia edita Alexandri cap. LXXVI. quae satis congruit cum I. Valerio, uti particula quam ad tezo faciet palam. Post haec vero, congregato exercitu Alexander tam Macedoniam quam Persarum, praecepit ut contra regem Forum armis levarentur. Et ingressus Indiam coepit ire per terram desertam et spaciassam et in aquas et valles cavernosas: fatigatusque et ipsis et milites eius, ut in eorum animis ex angustia vacillarent. Unde omnes de exercitu murmuravantes inter se matno referabant: Sufficere debuerat nobis quod impugnacimus Persam et Darium obtinimus etc.

tus fatigantur: in eademque iam duces eius con-  
loquia conferebant, quod sibi satis esse deberet  
usque ad Persas<sup>(c)</sup> proeliis laborasse. His quo-  
que subditis et Dario, consultum quantum oportuerit Graeciae, si modo vectigales Persas patriæ fecissent. Quò vero ille tenderet labor in  
Indiam properantibus, adeo infestis omnibus  
locis feritate bestiarum? Quod si in tantum  
ordine rei bellicae Alexander urgueretur, non  
sane videri consilium inconsultae isti cupidini  
si comes fieret reliqua multitudo. Iret ergo quo  
vellet, duceretque qui vellent: se<sup>(d)</sup> tamen mis-  
sos facere deberet tot iam bellis exercitos ac  
fatigatos.

II. Enimvero his Alexander cognitis, advo-  
catoque omni tam persico scilicet quam mace-  
donico exercitu, in haec verba concionatur:  
Unus mihi idemque est sermo apud utrumque  
vestrum, o fortissimi milites, quive necum  
Macedones huc venistis quive Persae experti  
imperium post victoriam nunc mihi commili-  
tum profitemini. Igitur in commune vobis dic-  
tum hoc habetote, quod si me solum ire in  
Indos eorumque bella decrestis<sup>(e)</sup>, faciam id  
quidem intrepidus ac libens. Enimvero unum  
admoneam quod adtestemini, nihil esse mirum

Alexandri  
concio mil-  
itaris.

(a) Cod. Persarum. (b) Cod. sc. (c) Cod. decretis.

, si ad futura quoque discrimina solus ire compellar, cum prioribus quoque solus animi virtute subfecerim.

III. Neque mihi est arduum, Macedones mei, eadē consulere nunc quibus vos rectos, in hanc solus possessionem victoriae duxerim, sola ferme cura imperatoria militans in hisce quas confecerim expeditionibus<sup>(a)</sup>. Nisi forte istud a me arrogantis ac non verius dictum esse miremini: cum unum quodvis imperatorum sapiens prudensque consultum p̄aestet manum<sup>(b)</sup> multorum inconsutius laborantium<sup>(c)</sup>. Recognoscite igitur pariter et recensete, an vos umquam sufficere potuisse tot illis Darii milibus ac fortitudini putaretis<sup>(d)</sup>, qua ego princeps semper militiae laborisque semper dux in proeliis insuperavi<sup>(e)</sup>. Nisi forte alii addubiantibus timentibusque egomet ipse legationem mei apud Darium facere dubitavi<sup>(f)</sup>. Nisi uspiam me cunctantem aut residem in proelio denotastis. Si ergo vobis ista sunt amica con-

(a) Cod. expeditiones. (b) Ita cod. manus. (c) Cod. an porum quam sufficere potuisse ab illis dari milibus ac fortitudini putaretis.

(t) Sententia ex Euripide, cui studebat Alexander teste Plutarcho p. 43. et 16 — 47.

(2) Ita cod. Et quidem Eunius habet insuperantum spud Festum voc. manus.

(3) Recole ad lib. II. cap. XXXI. pp. 119 — 121. in nota.

, silia uti deserto me solitarii ad Macedoniam repedetis, ite sane: libens vos votis properantibus prosepar: modo si concordi animo id facere possitis, neque dissidentes in nulla pericula prolabamini<sup>(a)</sup>, ex quis facile noscatis, omnem exercitus fortunam atque virtutem consistere in animo sapientis imperatoris<sup>(b)</sup>. His auditis, cunctos pariter poenitentia fatigabat. Confirmatis denique animis, quae sunt et sedare iracundiam regis, et uti se obsecutoribus ad cupita.

IV. Atque ita fines Indiae ingressis obvii Porti litteris miserat, quarum sententia haec erat: Pori litteris ad Alexandrum. rex ad Alexandrum. Porus rex Alexandro dicit haec. Incursanti infestantique tibi fines ac civitates meas mando, Alexander, dicoque, uti cum te hominem me minoris, nihil ad Deos inconsutius molire. Neque enim urguere te debent ad ausa temeraria fortunae hominum inbecilliorum: hortarique uti Indos incessas, quod tibi fuerit in Persas fortuna proclivior. Non enim te ex eo iuvari speraverit<sup>(b)</sup> virtus tua, cum primum nostri ceperis experimentum. Patet quippe cuius nosse quis ille sim Porus, et nulli adversum nos licuerit ex fortitudine<sup>(c)</sup>. Quippe non homines modo verum etiam Deos viribus an-

(a) Cod. prolabilis. (b) Code aut speraverit. (c) Ita cod.

, testemus, quibus Diis inefficacem audaciam  
, fuisse adversum nos, documenta sunt antiquis-  
, sima vel vestra. Quippe cum illum ipsum Li-  
, berum vestrum, qui apud vos Deus existime-  
, tur, temere in haec irrumpentem, irritum supe-  
, ratumque hinc Indi in fugam verterint.

V. , Quare non modo suadeo, verum iubeo  
, quoque abire te hinc ad tuas Graecias<sup>(1)</sup> con-  
, tentum Darii fortuna et paribus gentibus viri-  
, busque ad illam vestri nominis mediocritatem.  
, Neque enim si nobis Graecia vestra opus fo-  
, ret, non olim atque ante Xerxae conatus sub-  
, acta Indis foret. Enimvero quoniam inutilis  
, nobis est, nihilque dignum opibus nostris aut  
, amoenitatibus habet, neque quaesita est neque  
, quaeretur<sup>(a)</sup>. Is enim demum labor suavis est  
, proeliantibus, ex quo sit etiam idonea spes  
, praemiorum. Neque est nostrum, in magno  
, conatu digno operae<sup>(b)</sup> precio caruisse. Quare  
, id tertio iam praedico ac demum tibi uti fa-  
, cessas ex his quibus imperare non possis<sup>c</sup>.

Alexandri  
adhortatio  
ad milites.  
VI. His litteris publice recitatis, Alexander  
ait: ,Nunc quoque vos moneo, sanctissimi mi-  
, lites, nequid rursum magnificentia ista barba-  
, rica animos vestros inconsultos turbet. Auditis

(a) Cod. quaeretur. (b) Cod. opere.

(1) Confer Itinerar. cap. xcvi.

, enim litteris Pori, revocate illam quoque lit-  
, terarum Darii memoriam, videteque num ar-  
, rogantia dispar? num dissimilia verba? Haud<sup>(d)</sup>  
, sit dissimilis imprudentia. Sicuti enim ferae istae  
, bestiaeque quae apud ipsos sunt pluriiae, par-  
, di videlicet et leones elephantique, solo illo  
, naturae suae freti<sup>(e)</sup> inpetu et<sup>(f)</sup> corporis ala-  
, critate, facile hominum sapientia subiugantur;  
, item hosce barbaros intelligitis fiducia multi-  
, tudinis fretos, nulla tamen praeditos impera-  
, toria graecave sapientia perfacile mox in ditio-  
, nem nostram esse venturos: atque itidem pru-  
, dentia nostra ad perniciem<sup>(g)</sup> sui uti posse,  
, ut in feras est facilis hominibus effectus<sup>h</sup>.

VII. In hunc fere modum Alexander cum Alexandri  
suos adhortatus esset, ipse quoque Pori litteris litterae ad  
responsuris in hanc sententiam scribit, , Terreri  
, nos putans, Pore, litteris tuis, magnum ad-  
, modum consilium incentivum praestitisti, quo  
, nobis in vos dispositum est militare. Dicis  
, enim, nihil eiusmodi habere Graecos quod sit  
, dignum ad opulentiam vestram: vos vero hisce  
, esse omniibus affluentes quae sint ad beatitudi-  
, nem necessaria. Addis praeterea operae<sup>(h)</sup> pre-  
, dictum considerari<sup>(i)</sup> militantibus oportere, uti

(a) Cod. msc. (b) Ita cod. frati. (c) Ita cod. ex. (d) Ita cod.

(e) Cod. opere. (f) Cod. consideri.

,ne frustra laboretur. Quibus omnibus doces,  
quod nos quoque alacrius ad vos tendere de-  
beamus, unde nobis haec cuncta quae adeo vos  
praedicatis accesserint. Fateor enim nihil esse  
Graecis eiusmodi quorum vos divitiis gloria-  
mini, atque idcirco indigentes meliorum a vo-  
bis petere necessaria.

VIII. Illud vero ridiculum, ut cum te ho-  
munculis p̄aeferas, tum Diis quoque potiorem  
esse pronunties: quod ni adasset litteris tuis,  
in reliquis fiducia fortitudinis dici posset. Quo-  
niam vero hisce non temperas<sup>(a)</sup>, temeritas  
utique est intelligenda. Quare sicuti tibi con-  
stantiam singit ille contemptus, velut earum  
fortuna gentium minime moveare, quae sunt  
a nobis bello superatae, ita nos quoque nihi-  
lum omnino terribit verborum ista magnificen-  
tia, quae temeritatis vestrae index potius est  
quam fortitudinis<sup>(b)</sup>.

Poti exer-  
citus.

IX. His lectis Porus ad belli studia incita-  
batur. Cogit ergo exercitum et quamplurimos  
elephantos ceteraque genera bestiarum quibus  
Indi commilitant<sup>(c)</sup>, contraque eos Macedonum  
et Persarum aderat multitudo. Enimvero cum  
illis Pori numeros Macedones intuerentur una<sup>(d)</sup>

(a) Cod. temperat. (b) Cod. unaqua.

(c) Cenes quidem indicos solitos agmina comitari dicit Herodotus VII. 127.

his bestiis memoratos, admodum animo turbari  
coepere, hand dubie cunctabundi ob insolentia-  
m eiusmodi proelii, quod una esset cum ho-  
minibus barbaris et omnigenis bestiis agitan-  
dum. Id animi eorum non clam Alexandrum  
fuit. Nam ipse quoque una cum [iis] bestia-  
rum ista novitate movebatur.

X. Quaesita ergo belli ratione, comminisci-  
tur per astutiam quo demum genere averti pos-  
set impetus bestiarum. Igitur statuas aeras quam  
plurimas advehī secum quibusque de proximis  
locis ad locum proelii iubet: quod ubi factum  
est, ibidem igni subiecto quam plurimo cale-  
fieri eas et igniri festinat: erantque eae statuae  
post primas acies et ordines sitae, atque ita ante  
belli tempus hostibus invisitatae. Enimvero ubi  
signa bellica crepūre, primique concursus par-  
tium sperabantur, Indi barbari feras illas be-  
stias per se ire dimittunt, ita scilicet doctas,  
ut cum primum in adversos involavissent, cir-  
caque eos proeliaturi hostes occuparentur, nihil  
Indis supervenientibus morae fieret, quin libera  
iaculandi hostis trucidandique facultas pateret.  
Id ubi factum est, praedicti Macedonum ordi-  
nes primi paululum de loco quo institerant re-  
pedantes, ignitas statuas incurvantibus bestiis  
produnt. Quas cum falsa facie velut etiam can-

Alexan-  
dri strate-  
gema.

dente colore, in petu belli complexu et morsibus affectarent<sup>(a)</sup>, mox sauciae debilesque aut protinus cadere aut refugere coepere omnino nullum auxiliū ullius emolumumentum dominis adferentes.

**Praelium** XI. Sicque Indis ab illo ferarum auxilio deatrox cum stititis secunda concursio fuit, ut ipsi prius<sup>(b)</sup> inter sese virtutibus experirentur. Igitur Persae coepere sagittis Indos incessere ceteroqui nudos armorum eminusque configere, neque minus eos equestribus proeliis quam vehementissime Macedones fatigare. Cum quibus una cum ipse Alexander periculo non decesset, equus ille Bucephala, quo vehebatur, Pori dextra vulneratur et cadit. Idque Macedonibus supra omnia quae possunt in proeliis incommoda videri ingratum fuit. Quare neglecto omni omnino opere belandi, equum examinem ipse cauda in partes suas retrahit<sup>(c)</sup>, metuitque ne spolium illud Indi suum vellent, quod esset Alexandro pudibundum<sup>(d)</sup>. Atque ita recepiis suis et proelio dis-

(a) Cod. affectarent. (b) Ita cod. nisi max. posuit.

(c) Alter Chares apud Gellium V. 2. *Moribus Bucephalas ac prope iam exanguis e mediis hostilibus regem vincientissimo cursu retulit; atque ubi eum extra tela excederat, illuc condidit, et domini tam superstis securus, quasi cum sensu hamani salutis animam expiravit.*

(d) Bucephalum (seu Bucephalam) in India extinutum constans traditio docet. Mortis tamen genus a scriptoribus Alexandri varie traditur.

soluto, viginti ferme dies induciis dantur, quibus utrimque sepeliendis exurendisque his qui apud alteros<sup>(e)</sup> proelio desiderati fuerant institere.

XII. Sed hisce quibus<sup>(f)</sup> dixi diebus haud Alexan- pauci Persarum in partes Pori transire Alexan- dro muntabantur. Quod cum et impune fieri late certa- pvideret, et consuetudinem haud commode men- gliscere fidei negligentibus, init consilium uti Forum ad solitarium ipse proelium provocaret<sup>(g)</sup>, cetera dicens genera bellandi fortunam expec- tare potius<sup>(h)</sup> quam virtutem aut gloriam du- cum. Enimvero sibi non indidem laudem viri imperatores<sup>(i)</sup> captare, unde subditis suis peri- culum fieret. Optimum ergo in utroque iudi- cant viri, si suis ipsi duces manibus experiren- tur. Quod si Poro sederet, fortunam eiusmodi

(e) Ita cod. alteras. (f) Ita cod. græco mor. (g) Cod. prædicta. (h) Ita cod. imperatores.

(i) Singulare Alexandri cum Poro certamen narratur etiam a Iustino XII. 8. *Commisso proelio, exercitum suum (Porus) Macedonias invadere iubet, sibi regem eorum privatum hancem depositit. Nec Alexander pugnae moram fecit, sed prima con- gressione vulnerato equo, cum praecipps in terram decidise, conosco satellitum servatur. Porus multis vulneribus obritus capitur. Quia ab Aristobelo Alexandri comite et historico idem certamen scriptum fuit ipsique Alexander lectum. (Lucianus, quo- modo scribenda sit historia cap. XII.) 'Αριστοφάνες παραγγείλει τοῦ Αλεξανδρέων παῖς Πλάτων, καὶ διηγεῖται αὐτῷ τοῦτο μάλιστα τὸ Σαρπινόν γράψας. Addit tamen ibidem Lucianus visum esse Alexandru fabulos contexere Aristobulum. Denique illi apud Arrianum V. 44. sicut Alexandrum Parique filium inter se con- cernisse, ipsamque ad eo Alexandrum cum Bucephalo vulneratum,*

minime aspernaturum<sup>(1)</sup>. Id barbarus sibi libenti satis offerri profitetur, adquiescitque conditione quam Alexander fecerat: scilicet aestimationi barbarica de modo corporum mensuram virium metiens, cum se proceritudine corporis et cetera magnitudinis congruentia longe distare ab exiguitate Alexandri pvideret, ipse quinque ferme cubitis erectior, cum Alexandrum qui visitavere vix tribus cubitis numeravissent.

XIII. Hac igitur arrogantiae spe cum dies pariter et locus proelio constitisset<sup>(2)</sup> fieretque pugna regalis, primitus quidem anceps diu fortuna bellantibus videbatur, non minus Poros ex tempore incurandi rimante, quam Poro lotinguisur cum vulneris declinante. Sed cum forte apud Indos ex quadam repentina conversione Pori strepitus et clamor extisset, avertissetque os quo causam Porus illius strepitus cognovisset, involat Alexander atque eius inguina telo minus<sup>(3)</sup> transfigit eumque prosternit. Hac in-

(a) Cod. minor.

(1) Nempe Alexandrum.

(2) Cod. constetisset, mox factum constituerat. Iam et apud Frontonem de Nep. am. ed mediol. p. 207. legitur constiterit, quod quidem nouissili hand. fortasse absurdè malebat scribere constet, erit: sed tamen et in codice frontoniano interpungi videtur post constiterit, et prior I. Valerii scriptura rem quodammodo confirmat.

dignatione Indi excitati in arma prosiliunt, instaurantque id proelium quod absque vulgi periculo pactum inter reges erat.

XIV. Enimvero Alexander saepe iam indi- Alexander  
cam vim expertus non facilem rem bellicam<sup>(4)</sup>, Indis pa-  
manu silentium quaerit et ab hoste patientiam det.  
petit, paulisperque patientibus in hunc modum  
loquitur. „Non equidem video causas, o Indi,  
tam inconsulti huiusc discriminis vestri, cum  
„nihil egerit aliud nostra inter nos proelatio-  
„quam uti vestro commodo consultaret. Igitur  
„cum omnis militantium vis et ostentatio<sup>(5)</sup>  
„proficiat, si, teste imperatore suo, quod sin-  
„gulis sit devoti animi monstraverint; quid hoc  
„rei est quod incassum discribina vestra pro-  
„funditis, Pori iam testimonio facessente?“

XV. Ad haec dicta cum Indi se nelle Graecis fieri captivos dominumque Alexandrum pati vulgi murmure testarentur, secundo etiam sermone Alexander monet, „Solverent hunc cordis  
„sui metum expectationemque curarum eiusmo-  
„di abicerent atque secluderent: et fidem rati-  
„dat ireiurando. Neque enim sibi libidinem

(a) Cod. orientationis.

(1) Ita sane scribit et Plutarchus p. 82. Τρίς μέρες Μακεδόνες ἐπὶ τηῖς Πλάταις ἀγώνων διατήνεται στρατον μόνη γὰρ εἰσεσθειώντας εἰς. Pugna cum Poro ardorem Macedonum magnopere repressit; illam enim aegre repulsant etc.

,talem aut desiderium umquam indici imperii  
adstitisse<sup>(a)</sup>: sed enim omnem illam causam  
proelii hanc fuisse, si experimento ipso fortis-  
tudinis suae, gentes quoque ceterae didicissent,  
amicitiam suam singulos<sup>(b)</sup> magis quam vehe-  
mentiam experiri. Convenire igitur irent quis-  
que in sua, nec ultra quicquam de victorum  
insolentia trepidarent: cum illa quoque causa  
ab indignatione victoris sese utique tueretur,  
quod plerique soleant in ultionem prioris con-  
tumeliae insequi superatos. Non enim Indos  
culpae illius<sup>(c)</sup> reos apud se fuisse, verum Po-  
rum qui sat sibi poenarum qua<sup>(d)</sup> lex bellii  
monuit praestitisset. Sed ne ipsi quidem ultra  
iam hostis sum, ait. Quin etiam hortor mo-  
neoque vos uti regem, ut fas exigit et vobis  
Facem  
Indi cum moris est, sepulturae inferatis<sup>e</sup>. Ad haec dicta  
Alexan-  
dro com-  
ponunt:  
utili sapientia haec humilitas sederat, cum et  
vim indicam saepe expertus fore, et pleraque  
praedae eorum quae secum plurima gentis suae  
more Indi ad proelium vehunt, in suam pot-  
estatem sciret esse translapsa.

Alexan-  
der adit  
gymnoso-  
phistas.  
XVI. Quare domitis hostibus avectaque prae-  
da, ad Oxydracontas<sup>(a)</sup>, quae gens exim colit,

---

(a) Cod. adscriptae. (b) Ita cod. singulos. Confer Itinerar. cap.  
xvi. n. 8. (c) Ita cod. sed fortasse dicendum alius. (d) Ita cod.  
nisi mutis quas. (e) Cod. Oxydracontas.

iter suum dirigit. Non illam quidem gentem  
hostiacum incursum<sup>(1)</sup> (neque enim illis studia  
sunt armorum) sed quod celebre esset, Indos,  
quos gymnosophistas appellant, hisce in parti-  
bus versari, opum quidem omnium et cuiusque  
pretii neglegentes, solis vero diversoriis sapien-  
tissimi, quae humi manu exhausti<sup>(a)</sup> ad iti-  
bus perangusta, enimvero subter capacibus spa-  
ciata, quod id genus aedium neque pretii scili-  
cat indigens, et ad flagrantiam solis aestivam  
aptius<sup>(b)</sup> habeatur. Ii igitur cum conperissent  
Alexandrum ad sese contendere, primates suos,  
quos scilicet a sapientiae modo censem, ob-  
viare adventanti iubent cum litteris huiuscmodi:

XVII. „Gymnosophistae Brachmanes<sup>(c)</sup> Ale-  
xandro homini dicunt. Si tendis ad nos proe-  
liatrus, utique tibi propositum est quid no-  
bis afferas, habes porro quod auferas nihil.  
Sin vero venis ut discas quae a nobis scilicet  
sciri queant, nulla est invidentia. Etenim ar-  
bitraniur inter hasce scientias nostras causam  
discordiae positam; cum tibi amica res proe-  
lium nobis vero philosophia noscatur<sup>e</sup>. His  
lectis Alexander pacificum iter agere decrevit:

(a) Cod. exhausti. (b) Cod. aptius. (c) Cod. Dragmantes.

(1) Nota incursum forma deponenti, quam lib. I. cap. vi.  
sit passivum verbum.

Gymno-  
sophistae-  
rum lit-  
terae ad  
Alexan-  
drum.

videtque homines reliqua nudos, sed amictu simplici superiectos, deversantesque his aedibus seu<sup>(a)</sup> speluncis quarum relatio supra est. Eorum filii coniugesque pascendis pecudibus occupabantur.

Alexander quæsus  
et gyn-  
nosophis-  
tas.

XVIII. Ergo instituit Macedo cum hisce hactenus loqui<sup>(1)</sup>, ac primum an uspiam huius gentis hominibus sint sepulchra? Ad haec responsum est, idem sibi domicilium esse quod sepulchrum, eoque consuefieri his diversoriis: sed<sup>(2)</sup> dum cotidie dormiunt, desinant aliquando vigilare: ex que eo sibi esse unam domum viventi pariter et mortuo. Rursus querit ex alio, utrum ne plures vivi<sup>(3)</sup> an mortui putarentur? Ad idque responsum est, videri quidem plurimos mortuos: sed aequa<sup>(4)</sup> numerari non oportere eos quos videas, quam illos scilicet quos neque oculi ulli neque ratio conspiceret. Post quaerit ex alio, utrum ne vita fortior, an vero sit mors? Orientis vigor, marcentior vero viseretur occiduum: ortumque hominis esse quo vivitur vitam esse responsum est, quod solis quoque ferventior contraquæ quo frigeat<sup>(5)</sup>. Et id addit, utrum

(a) Cod. neccur. (b) Ita cod. sed. (c) Cod. vivereat. (d) Cod. pro neccur habet eorū. (e) Ita totius hic locis se habet in codice.

(1) Quod adhinet ad Alexandri colloquium cum Brachmanibus confer Plutarchum p. 85 — 86, Strabonem xv. p. 714, et seqq. Arrianum vii. 1 — 2. Palladium de Brachmanibus. Zonaram. iv. 14.

mare spatiösius anne terra? Terram esse respondent, cuius mare gremio tenetur.

XIX. Sciscitur id quoque, quaenam omnium bestia callidior et astutior? Hic vero cum risu hominem esse pronuntiant, adduntque rationem de exemplo sui, qui solus tot animantium milia illexisset, ut ad persequenda ea, quae aliis essent, praedae cupiditate laborarent. Non his ut ad contumeliam dictis Alexander movebatur. Enimvero addit, quid imperium illis<sup>(6)</sup> videretur? At illi fraudis potentiam esse respondent ad vitam temporis blandimento, vel, si ita mavelit, iniusta audaciā. Quaerit etiam, utrumne dies an vero nox prius constituta putaretur? Nihilque cunctantes, noctem priorem ordine posuere: cum omnia quoque concepta vivendi auspiciū in tenebris sortiantur: post vero nata in lucis spatia transmigrent.

XX. Pergit denique sciscitari, cuinam mentiri hominem non oporteret? Responsum est, Deo, quod omnia videns ille sit atque omnium sciens. Quaerit etiam, quasnam in homine partes honoratores esse existimarent? Laevas esse responsum est, quod sol etiam oriens ex laevo dextrorum curriculum exsequatur: tunc<sup>(7)</sup> quod promixtio maribus ac feminis laevarum image

(a) Cod. quid per imperium sibi videretur. (b) Ita cod. raro pro raro.

partium existimetur, et lactorum<sup>(a)</sup> feminam laevi uberis primum alimenta praestare, Deosque laevis humeris religione gestari, et reges ipsos indicia dignitatis laevas praeferre. Cumque post haec et quid sibi a rege vellent largiter polliceretur, immortalitatem consoni poposcere. Sed id cum rex praeter potestatem suam esse dixisset; cur ergo, aiunt, cum sis mortalis, tamen laboribus servis, et tantis appetentiis vinceris, quarum tibi fructus aut nullus aut brevis est, enimvero idem mox ad alios transiturus?

Alexandri  
disputatio  
de fato.

XXI. Tum Alexander, Non haec sane nobis, inquit, in manu sunt: enim Deorum vivimus, lege, quam homines exsequi sit necesse<sup>(b)</sup>. Neque enim illi nisi navigari maria sivissent, venti quoque navigantibus prosperarent: aut virecta etiam morerentur, nisi abortis flabris impellentibus<sup>(c)</sup> concederent<sup>(d)</sup> gigni. Quis neget cuncta ratione esse qua nata sunt? moxque occidere interireque ratione? Nihil denique omnino frustra repperies, quin cunctis auctus sui motus et clausula<sup>(e)</sup> sit? ut mihi quoque non

(a) Nota facetas, orum plurali numero. (b) Cod. impelebas, quare hand scia an legendum implibas. (c) Cod. cederent. (d) Cod. clausa, nisi mavis causa,

(1) Apud Strabonem xv. p. 715. unus dicitur Alexander philosophas in armis. Eisdem philosophiam copiose praedicat Plutarchus orat. I. de fortun. vel virt. Alex. Confer et Symmachus laud. in Gratian. cap. VII.

, utique ratio ista bellandi sit suavis, sed quoniam animum meum ardor istiusmodi voluntatis incesserit, decedo, ac ministerium meum puto quidquid de hoc labore perfecero.

XXII. Denique facessant ista de medio; quae iam erunt inter homines discrimina fortunarum? quae dispar ratio gloriae? quae diversitas dignitatum? quis voti modus? Desinet protinus coli terra, transmitti mare, desiderari<sup>(a)</sup> successio, cum illa promptior sit naturae hominis admiratio non videri<sup>(b)</sup> quae metuas, cum meminisse non desinas desideratorum. Etenim quanti qualesque meorum etiam proeliis cecidere? quanti vero adepti desiderata? Non ex illorum incommodo conditionem suam, sed ex ipso proventu beatitudinem metiuntur<sup>(c)</sup>. Haec denique una vivendi lex est, s' velle unumquemque quod penes alterum videat, ut habeat ipse quoque quod mox transmittat<sup>(d)</sup> ad ceteros.

XXIII. His talibus<sup>(e)</sup> cum sese tunc Alexander oblectavisset, exim iter prorsus exsequitur arduum quidem illud et laboriosissimum invitis locis asperitate naturae et colentium vastitate. Deque labore hoc Aristocell scribens magistro, ut vel<sup>(f)</sup> maximum sibi testimonium dicit: eiusque litterae sententia talis fuit:

FABRIO.  
S.A.

(a) Cod. desiderare. (b) Ita cod. videri. (c) Cod. metiuntur  
(d) Cod. transmittat. (e) Ita cod. nisi mavis his et aliis. (f) Ita cod.

*Epistola* « *Operae* <sup>(a)</sup> *pretrum est, mi magister* <sup>(b)</sup>, *eorum om-*  
*Alexandri* <sup>(c)</sup> *nium quae sint in nostris laboribus maxima, eorum-*  
*ad Aristote-* <sup>(d)</sup> *que qui mecum una toleraserint opinatissima, te par-*  
*telem ma-* <sup>(e)</sup> *ticipare per litteras. Igitur indicas regiones incer-*  
*giatrum.* <sup>(f)</sup> *sinus. Nam cetera tibi ad Brachmanas* <sup>(g)</sup> *usque*

*Prasias* <sup>(h)</sup> *praemiseram. His denique penetratis, Prasiacae* <sup>(i)</sup>  
*Indias urbs* <sup>(j)</sup> *supervenimus, quae civitas regia quedam Indiae*  
*maxima.* <sup>(k)</sup> *cluit.* <sup>(l)</sup> *Situs vero eius loci arduus et ad promun-*  
*torii* <sup>(m)</sup> *faciem longe prorectior: nam et mari immi-*  
*net subiacenti. Enimvero quod istum colunt homi-*  
*num nescias invisitatus an inauditus genus: hique*  
*sunt promise mares atque aliud secus: omnes tamen*  
*ad nostrata corpora, quibus sunt feminine* <sup>(n)</sup> *mollio-*  
*res. Nam et vetus sermo eos molles Sabaeos* <sup>(o)</sup> *ap-*

<sup>(a)</sup> Cod. opere. <sup>(b)</sup> Brachmanas, heic et deinceps, mi etiam  
*dragmas* pro drachmas. <sup>(c)</sup> Et tamen retineri potest, quoniam legi-  
*tarum constantem etiam apud Palladium* <sup>(p)</sup> *vixi* *Euphaestus.* <sup>(d)</sup> Ita  
*cod. promotorum per u cum aliis codicibus optimis. (e) Its cod.*

<sup>(f)</sup> *Alexandri longa quaedam epistola ad Aristotelem iamdi-  
*dum extat typis excusa quam nonnulli de gracia linguis in lati-*  
*naua a Cornelio Nepote conuersarum perim credibiliter dictiava-  
*rint. Iam huius, quae nunc apud* <sup>(q)</sup> *I. Valerium occurrit, epis-*  
*tolae, esti plures sententiae cum edita congruent; patet tamen*  
*eamdem alio prorsus auctore genium, adeoque novam in vulgus*  
*producere.***

<sup>(2)</sup> *Edita epistola constanter habet Phasianem, at haec Val-  
*eriana constanter item Prasiacam. Et quidem Prasii et Prasi-*  
*iani Indiae populi fuerunt.**

<sup>(3)</sup> *Plinius VI. sect. 22. uit: Omnia in India propo-  
*tentiam claritatemque antecedunt Prasii, amplissima urbe distissima-  
*que Palibothra. Iam et Arianus Indic. cap. x. dicit propter*  
*etiam* <sup>(r)</sup> *Ideos eius. Ita* <sup>(s)</sup> *Palibothra* *excedens,* *is την Πρασιανην γην,*  
*maximum apud Indos urbem esse Palibothra in Prasierorū foribus.*  
*Civitas autem heic dicitur a I. Valerio Prasiaca.***

<sup>(4)</sup> *Cod. Sabaeobus. Sane Sabwas et Sabracas et Sabi reg-  
*num in India fuisse constat.**

*pellat. Sed nihil aliud fere ad cibum norunt, praeter*  
*piscium genera, quorum illis multa et facilis habun-*  
*dantia* <sup>(t)</sup> *est. Fuit igitur mihi ad eorum fabulas*  
*diligentia, et interpres invitus* <sup>(u)</sup> *est, qui nobis*  
*daret cum hisce barbaris fabulari.*

**XXIV.** « *Cumque multus et varius sermo procede-* *Insula ma-*  
*ret, locum interea quandam insulae monstravero(nam is gica.*  
*etiam eminus visebatur) quod esse dicebant veteris*  
*cuiusdam regis indidem monumentum: id auro esse*  
*et pretiis refertissimum conditis* <sup>(v)</sup>. *Cum naturalem*  
*hominum vel diligentiam in nostris vel appetentiam*  
*promovissent* <sup>(w)</sup>, *certatimque festinaremus, pars*  
*visendae eiusc insulae vel sepulchri, pars vero vel*  
*plurimi aurum etiam aviditate, et spe potinndi iam*  
*animis gestientibus; repente barbari qui loci eius*  
*indiceis fuerant dilabuntur eque* <sup>(x)</sup> *conspictu nostro*  
*incerta quanam maiestate evanescent, relictis sane*  
*navigulis admodum parvis duabus ac decem quibus*  
*vectari soliti intellegebantur.*

**XXV.** « *Igitur una mecum cum amici ad spectacu-* *Delibera-*  
*lum properarent, Philon scilicet et Hephaestion,* <sup>(y)</sup> *adonada*  
*Craterus quoque multique alii, obstitit [Philon] ac*  
*periculum illud visendae novitatis non primum a rege*  
*faciendum, verum a se modo suisque similibus, sua-*  
*dere persistit. Quippe amplius aliquid in hisce re-*  
*gionibus formidandum, in quibus viderimus homi-*  
*num formas de conspicu nostro facile evanisse.*  
*Neu siquid secus atque ut speraverant incommo-*  
*darent, eius periculi fieret de rege principium. Sese*

<sup>(a)</sup> Its cod. <sup>(b)</sup> Cod. oenatur. <sup>(c)</sup> Cod. conditi. <sup>(d)</sup> Cod. promis-  
*ser. (e) Cod. eque inconspicu. (f) Its cod.*

» Igitur iturum esse confirmat, ac si exploratio secundus dasset, tunc demum nos tuto posse transmittere.

*Philonis interitus.* XXVI. » Sedet sententia persuadentis, atque ita iussimus fieri. Conscensis ergo navibus, protinus ire ad insulam tendunt: quae quamvis propter obviare oculis videretur, ad integræ horæ tamen spatiū consumperat navigantibus. Tandem sunt vīsi insulae institisse. Sed ubi gestum est, omne id solum repente una cum viris et sepulchro quod visebatur summersari mari et in profundo labi conspicatur. Neque enim vane formido ludebat oculos intremescētium, enimvero illa Philonis mors et exitium eorum quia una Philonem comitati fuerant. Territi igitur detestabili morte sociorum indigenas barbaros rimabam (a), signū nobis de itinere consultarent. At vero nullus uspiam visitur, locisque desertis et inhospitibus per octo posthinc in memoratis (b) dies egimus consilio confirmingo.

*Hebdomadion allusione ferarum.* XXVII. » Tum illo promuntorio, cuius supra facta est mentio, bestiam quoque vidimus prægrandi admodum et inopinabil magnitudine, quam Hebdomadion vocant, adeo immensae potentiae (c), ut illi perfacile insistentes etiam super dorsum elephantos cerneremus. Hac igitur spectaculi foeditate moti iter ad Prasiacum repedamus, per quas ubique vastitates multa ferarum nomina multasque eiusmodi saevitudinis facies erat videre: serpentum quoque genera permiranda. Illic et solis lunaeque defectus communis etiam speculati sumus, et causas hiemis et tem-

(a) Ita cod. (b) Cod. inmemorati. (c) Cod. adeo mensi potentia rem.

» porum differentias arbitrat. Quo primum reversi, ut inspecta sunt, vos quoque participare curavimus.

XXVIII. » Nunc enim nobis iter per regna Darii Iter Alexander per Persasque nostros agitur; quam cum omnem pergrare regionem cordi habeamus, multo ubique auro multisque crateribus habundamus, non his ex auro modo materia pretiosis, verum longe lapidum lucis maioribus. Neque tamen nobis alia quoque ab hoc genere divitiarum instrumenta sunt minora. Sed hic circuitus (a) de quo dicimus a portis Caspitis fieri coepitus (b) laboris ac vitae (c) eiusmodi. Ubi coenatum exercitui foret, statim signum dari classico et ad vesperam inīrī iter oportebat, idque horis ferme nocturnis tribus agitari convenerat: sex vero in sequentibus (d) horis somno indulgere: rursusque eximis horam diei quartam reliquum spatii transmettabamus. Sed enim viantibus non simplex habitus, neque incuriosa munitione fuerat necessaria. Peronibus quippe crura omnia pedesque muniri, et femoralibus uti pelvis (e) oportebat, relicunque corpus ambire loricis, quod illae omnes persicæ regiones multis admodum et vehementibus infestari serpentibus dicerentur.

XXIX. » Idque iter continuatis diebus ferme duo decim exanellavimus, atque ita demum ad oppidum (a) Aquæ sal adventamus situm in insula circumflui fluminis, ibique visitur castrum consitum undique arundinibus, quae ad triginta cubitorum spatia supercrescerent. Crassitudo vero eorum supra eam quantæ est hominis et crassitudo. Navigia quoque plurima amni inerant,

(a) Cod. circuit. (b) Cod. quæspicere. (c) Cod. laboris ac vitae. (d) Cod. insequenter. (e) Ita cod.

» quae mox curiosius intuentibus, partes quaedam fis-  
» sarum arrodingum noscebantur. Eum huius fluminis  
» liquor ad potum hominis adversus, amaritudine nimia  
» cum salitate. Quaerentibus igitur quam poteramus  
» ex accolis usum elementi memorati, aliud castrum  
» eminus demonstratur ab stadiis ferme quatuor indi-  
» dem sicutum: ad quod cum audactus quidam exploran-  
» turi properarent, flumen quidem affumvident; sed  
» emersi indidem hippopotami <sup>(a)</sup>, magnitudine nescias  
» an saevitia maiores <sup>(b)</sup>, nosros qui exploratum abie-  
» rant incurvavera. Ac rursus ad aliam partem eadem  
» nobis curiositate rimantibus, agmen earundem bestia-  
» rum longe numerosius occursabat.

Sesonchon-  
sis regis in-  
scriptio.  
XXX. Quare omni genere fugiendum loco evi-  
» tatis regis in-  
» scriptio: tandemque periculum videns, classico signum abitioni  
» praeceps: quamvis tanta vis sitis eiusque desiderii  
» homines incessisset, ut plerique etiam a potu urinae  
» ob necessitatem vhementem non temperarent. Igitur  
» forte fortuna cum exim stagnum quoddam dapsile  
» repperissemus, potisque desiderato ac persuavi potu  
» [per] prata virentia sterneremur, eminus video in  
» quadam adiacenti eminentia titulo femineo <sup>(c)</sup> super-  
» scriptam hanc sententiam:

AQVATIONEM HANC REX SESONCHOSIS ORBIS  
VNIVERSI PRAESTIDI CVNCITIS BVBRVM NAVI-  
GANTIBVS MARE.

» Igitur innisi propter hoc stagnum castra constitui,  
» igneque quam creberrimos fieri.

(a) Cod. impotam. (b) Cod. immiores.

(c) Cod. adiacentis talimentina titulo gemino. De Sesonchosi,  
quius sequitur interitudo, recole lib. I. cap. xxxi. cum notis.

XXXI. » Et iam noctis ferme hora tertia numero-  
» batur illustrisque admodum luna nihil diurni luminis monstrava.  
» demutarat, cum subito conspicamur undique ex omnibus  
» silva quae circumstetet bestias quasdam ad ripam  
» stagni potus gratia contendentes. Erant eas bestiae  
» scorpil quidam <sup>(d)</sup> non minus proceritudine cubitali:  
» hommoditae etiam albi colore et rufi: nec non cera-  
» stae coloribus ut supra diversis. Quare vehementer  
» sollicitudinē incitati, conspicantesque lumen nostrorum  
» aliquos interemptos, flebis undique consonantibus,  
» periculum opperierbamur. Insequerantur enim prae-  
» dictas bestias etiam quadripedes <sup>(e)</sup> beluae vehemen-  
» tes, potus scilicet consuetudine ac necessitate illō  
» venientes: quae quidam erant leones supra magnitu-  
» dinem taurorum quos ex nostrisibus maximos duci-  
» mus, rhinocerots etiam, vel apri vel pardī, lynces  
» quoque et tigrides, scorpil canerique una <sup>(f)</sup> elephan-  
» tis et burilis <sup>(g)</sup>: tunc tyrelephantes <sup>(h)</sup>, et cum his  
» homines sensim manibus portentosū <sup>(i)</sup>: iumenti antipo-  
» des <sup>(j)</sup> etiam et cynopendices <sup>(k)</sup>, multaque formarum  
» humanarum genera invisitata <sup>(l)</sup>.

(a) Cod. quidam. (b) Ita cod. prima māson, mox factum quadrupedis. sed quadrupedas etiam apud Frontonem de oratione. lib. II. fragm. I. p. 235. (c) Cod. tigrides corepi strigis sua etc. (d) Ita cod. nisi maxis horic. (e) Ita cod. U. Ita cod. (g) Cod. im an-  
topedas. (h) Ita cod.

Porro Sesonchosi (sive Senostri) ubique terrarum a se ac-  
quisituarum eipso vel insaculos vel feminis exreichi cum in-  
scriptionibus, testantur Dindorus I. 55. et Manethon apud Syn-  
eccliam p. 69. et 60. Idecirco ego gemino legi femineo, nisi quis  
maruit gemino.

(1) Portenta eiusmodi narraverant multi historici veteres,  
quos inter Alexandri sive comites sive aequales Ossiceritus,

XXXII. » *Igitur excitabamur ad providentiam periculi imminentis. Atque ideo arma quidem quam properantissime capimus: mando vero ignes quam maximos et creberrimos fieri, silvisque ipsis conflasse grare facilissimis immitti incendia. Quae res etsi plurimum quantum contra multitudinem bestiarum opitulari trepidantibus poterat, invitat tamen nymietate luminis plurimas illas contendere: idque certamen in eo usque novis vitandis periculis fuit, donec cum lunae occasu umbrata tellure offusisque tenebris ad consueta silvarum refugia omnes illae bestiae remarent.*

*Odontotyrannus.* XXXIII. » *Non tamen prius memorata saevities tyrannus. animantium receptus consultit, quam id animal supervenisset, quod regnum quidem tenere in hasce bestias dicitur: nomen autem Odontotyramum vocant eae bestiae: facie elephantis quidem est, sed magnitudine etiam huius animalis longe proiectus, nec minor etiam saevitudine hominibus egregie saevientibus. Quare cum nostros incessaret, ac ferme viginti et sex de occurstantibus viror morti dedisset, tandem tamen reliqua multitudine ignibus circumvallatur et sternitur. Adhuc tamen sauciens Odontotyramum inidem fugiens aquae fluenta irrupisset, ibique exanimavisset, vix trecentorum hominum manus*

(a) Cod. et ipsi. (b) Cod. in eius tamen a. (c) Ita cod. pro aliis. (d) Ita cod. nisi forte scribendum est exanimatus esset.

Megasthenes aliquis. Lege Strabonem xv. p. 711. Gellium ix. 4. et praecepit Plinius vii. sect. 2. qui et fidem interdum eisdem adiungit.

(1) *Odontotyramum memorant etiam Cedrenus Collect. byzant. T. ix. p. 125. Glycas T. xt. p. 142—145.*

» nisi extractus de flumine est. Hactenus igitur noctis illius nobis periculi finis fuit.

XXXIV. » *Longe tamen molestius (quo enim caveri difficilem erat) quod post evenit. Tenebris enim post occasum lunae omnia ubumbrantibus, yatalopicas visceres de harenis profundis emergere non minus longitudinis cubitis x: eaque quo poterant homines involant. Tunc ex isdem harenis coreodrilli petiam extantes passim invadunt quadrupedia militaria. Ad haec alites quibus apud nos vocabulum vespertilio est, sed quae illuc super columbae magnitudinem, dentibus autem ad humani rictus valentiam saevae sunt, circumvolare coepere, et quibusque incautioribus aures aut nares aut digitos praesecare. Tum rhinocoraces insecurae, sed eae sane neque ad homines saevabant; neque ignestemere advolabant. Tandem igitur restitutus diei intelligensque in quanta discrimina proderemur ab hisce Indis qui sese salutares itineri futuros esse nobis polliciti erant, eos ob fraudis meritum isdem aquis praecepiles dari necarique praecepi. Atque exin usi itinere rectiore, tandem restituimur viae quae nos ad Prasiacum tuto deduceret.*

XXXV. » *Igitur cum oppidum quoddam opulens Procella, sane et abundans omnibus refectioni humanae necessariis advenisset, recipiendis viribus ibidem dies quinque transegimus. Estimvero cum sexta iam redi-*

(a) Cod. extracta. (b) Ita cod. (c) Cod. adhuc. (d) Cod. tamen. (e) Cod. addeoleant. (f) Cod. salutaris iunxit.

(1) Si respicias ad epistolam editam, videntur intelligendi indici mares.

»tui consideremus, talis nobis obicitur admiratio. Primum quidem venti spiritus vehementes et procella adeo supra consuetam magnitudinem rapax orta<sup>(a)</sup> est, ut non tentoria modo satis firmiter fixa convelleret, verum homines quoque stantes gradientesque prosterneret; nisi quod properanter sarcinis strictis ad tauriora oppidi concursamus. Enimvero dum ista molimur, coire nubes et in densitatem nimiae crassitudinis solis lumen omne coepere subcesere, indiscretamque nobis noctem diemque confundere.

*Nivium copia.* XXXIV. »Neque id breve aut transcursorium fuit. »Enim diebus fere pari facie foedatus aer in id tandem aliquando purgavit<sup>(b)</sup>, ut sexta sub luce cum interruptis nubibus sol faciem mundo pristinam redidisset, tantam vim nivium incubuisse videremus, ut supra trium cubitorum altitudinem densa multis quidem et nostrarium interficeret, quos forte in aperi toribus locis nacta sit; plurima autem<sup>(c)</sup> obruerit quadrupedia quorum nihilum non<sup>(d)</sup>stantaria<sup>(e)</sup> morte obriguisse visitare.

*Praeda in genus.* XXXVII. »Eaque nivium vis cum diebus ferme triginta vix habuisset, aequato tandem solo itinere di rum ferme quinque *Prasiaca*<sup>(f)</sup> adventabamus multo quidem labore qui strictim dictus est exancato: enim vero maiore praeda totius Indiae carumque gentium

(a) Cod. *hortus*. (b) Cod. *tamen*. (c) Ita cod. quod scriptum fortasse pro nonnullum. (d) Ita cod. (e) Cod modo *Prasiaca* modo *Prasianam* sicuti in Itinerario viiiim *Maracundam* cap. LXXXIV. *Maracunda* cap. LXXXVII. Tum *Hora* et *Hora* cap. CVI.

(f) Ita cod. sensu mentro.

»quacumque transmisimus convectata, nullo omnium Indo<sup>(g)</sup> Persarumve dubitate, quin omnia nobis ad subiugandum facilia forent quocumque animalium intendissemus. At<sup>(h)</sup> cetera nomina pretiorum [et] opulentiam ulterius non requirendam [existimavimus] videndum gravibus subvectionibus consulentes, cum tanta in his quae subiugata sint loca copia vel astutia repperiretur. Sic igitur animo laxato cum nihil iam foret quod non fortuna ex hisce appetens explevisset, omne demum intercederat desiderium ut siquid esset quod invisitatum<sup>(i)</sup> alii foret, atque auditu mirabile haberetur<sup>(j)</sup>, id sane resciserem videremque.

XXXVIII. »Tum quidam<sup>(k)</sup> viri ex oppidis circumstinentibus esse dignum cognitu et scientia continebant, si modo mirum homini videri posset vis recta noscere et arbusta lequacia ad humanum modum. Id primum ut impossibile alienissimumque natura arbitratus neque credideram referenti. Sed persistenteribus adserentibusque, ad sensus<sup>(l)</sup> tandem inneri eius terrae, quam sol oriens visitaret. Eo ergo cum venissemus; ducor in quendam locum arboribus consitum amoenis<sup>(m)</sup>. Hunc illi paradisum sociaveremus. Enimvero conceptum viseres non materiae circumiecta verum arborum frequentia circumstentium. Eum<sup>(n)</sup> sacrum soli lunaeque esse dicebant. Nam et aedes templaque opere naturali hisce Ditis ibidem intrinsecus viseres, duas vero arbores caelum ferme proximitudine intervectas, simili facile qua cupressus,

Paradisus  
soli et la  
nas sacre.

(a) Ita cod. *Indo*. (b) Cod. *ad*. (c) Cod. *invitatum*. (d) Cod. *haberet*. (e) Ita cod. nisi maxia quoddam. (f) Cod. *vineta*. (g) Cod. *et amoenis*. (h) Cod. *exim*.

\*plerumque etiam directiones, ex <sup>(a)</sup> ea stirpe quod  
genus arbores myrobalanois <sup>(b)</sup> habent.

*Arbor solitaria, laetitia feminata.* XXXIX. \*Sed ex hisce duabus arboribus, de quibus  
supra locuti sumus, marem alteram, alteram feminam  
esse contendunt. Et maris quidem arboris praesidem  
solem, feminas vero lunam esse altricem <sup>(c)</sup>. Horum  
omnis circa radices convertitas viseret tergis ac pel-  
libus sacris, sed ex his, quae ex maribus essent, ma-  
rem arborem; quae vero ex pecudibus feminis, ad  
honorem feminae sitae. Quamvis hominibus gentis  
eiusus usus ferri aerise et stanni omnifariam igno-  
raretur: neque esset quicquam quod ad aedificii usum  
ex luto fingeret. Cum igitur illa terga vel spolia be-  
stiarum ex quis forent animantibus quaererem, con-  
perio leonum esse sive pardorum, et huiuscmodi be-  
stiarum, et hisce <sup>(d)</sup> tergis non ad honorem solum  
Numinum <sup>(e)</sup> uti consuetos, verum etiam ad operi-  
menta abuti homines incolentes.

*Arbor solitaria, laetitia feminata.* XL. \*Id tamen esse in hisce arboribus admirabile:  
namque oriente sole marem illam <sup>(f)</sup> arborem itemque  
cursus sui meditullianum possidente vel certe occiduo  
loquacem fieri, et consultatibus tertio respondere.  
Idem vero nocturnis horis atque lunaribus arborem

*Arbor solitaria, laetitia feminata.* Adlocutor. Doctus igitur ab his viris qui antestites <sup>(g)</sup>  
loci sacerdotescque memorantur, uti mundus et ab omni  
in religioso contagio impollutus accederem, comites  
mihi eius additionis adscisco amicos carissimos felissi-  
mosque Parmenionia scilicet sed et Craterum, Ypsilonum  
quoque atque Machenetenethra, Sileonta et Machaona

(a) Cod. directionum est. (b) Ita cod. genere non neutro. (c) Cod. solitaria. (d) Cod. nigræ. (e) Cod. nominium. (f) Cod. illam. (g) Ita cod.

\*una Theodecto Difficilique sed etiam Neocle <sup>(h)</sup>. Mo-  
nentibus igitur sacerdotibus religione prohiberi fer-  
rum id loci <sup>(i)</sup> incohé ita ut praedictum est facio mo-  
neoclez: addo <sup>(j)</sup> tamen cautelam eiusmodi diligen-  
tiae, quod octoginta viros fortitudine pariter ex-  
ploratissimos <sup>(k)</sup> adesse circa ea loca ac nemus, quo  
ingrediebamur, quam sollicitissime iubeo, exploratu-  
ros etiam equis <sup>(l)</sup> esset qui forte vocem de proximo  
subiectaret, quam nos ex illis arboribus ferri arbi-  
traremur.

XLI. \*Adhibito igitur uno ex Indis, qui interpres Arbores  
dictorum idoneus foret cuius inlectu <sup>(m)</sup> illò veneramus,  
iuro quam sancte poenam illum capitum non evasurum  
si promisum ex arbore responsum diffamatunque ta-  
cuisset. Unde intentis ad audiendum, mox primum  
solis occasus et abitio fuit, vox auditur ex arbore sed  
lingua barbarica, eiusque interpretamenta nemo <sup>(n)</sup>  
quisquam nobis ediscitare <sup>(o)</sup> audiebat. Id cum ob-  
stinatus facerent cupiditateque omni ad significan-  
tiam <sup>(p)</sup> vocis emissae properarem <sup>(q)</sup>, interminatus  
interpreti necem, nisi sedulo mihi praedicta narras-  
set, perterritus tandem eiusmodi esse responsum ar-  
boris fert: QVOD ENIM OBITV VELOCI ET OC-  
CASIV IAM PROXIMO VITAE MEAE SPATIA FR-

(h) Cod. Ica. (i) Cod. addi. (k) Cod. exploratissimos. (l) Cod. equis. (m) Cod. inlecto. (n) Cod. habuit pro nemo. (o) Cod. et discitare. (p) Cod. significantium. (q) Cod. præparare.

(t) Ita se habent in codice hac nomina. In epistola vero edita (edit. Curtii Basileae MDLVI, p. 445 — 446.) alia leguntur: Sermios, Procelias, Silvius, Mistens, Timotheus, Laco, Trasselon, Dedicus, Machathron, Endes, Simbris, Snif-  
sus, Perdica, Philotas, Coradas.

» GVERENTVR: EAMQVE MORTEM NON DE EX-  
» TERNIS, ENIMVERO DE AMICIS<sup>(a)</sup> ET PROXI-  
» MIS FORE. Quae dicta cum ex natura hominis meum  
» quoque animum attillarent, ac sub ortu lunae rursus  
» ex arbore femina oraculum mihi sciscitanti reddi de-  
» precarer, quaerere et obsecrare numinam matre et  
» proximis salutatis obitus mei clausulam subiturus sim;  
» non barbara iam sed græcas linguae significantia  
» lunaris arbor elocuta est: MORTEM MIHI IN BA-  
» BYLONIA ESSE FATALEM.

XLI. » Id satis triste mirumque admodum amicis  
» adsistentibus videbatur. Ego tamen coronis atque  
» alio religioso honore locum donare contendens sum  
» prohibitus a sacerdotibus, quod huiuscemodi munera  
» Dii indigentes abnivissent. Agebam moestus et expec-  
» tatione futuri admodum territus: Parmenion autem<sup>(b)</sup>  
» me Philippique in somnum ac requiem hortabantur.  
» Sed id quoque cum omniforiam negitassem, ac iam  
» ferme dies insequens iudicilucceret<sup>(c)</sup>, ipsum ad sa-  
» crum ire contendo adtrectansque<sup>(d)</sup> arborem quae-  
» percontans, ecquid<sup>(e)</sup> si vitæ praedicto adeo urgue-  
» rer, reverari tamen ad Macedoniam corpus meum  
» Dii permetterent? Viderene<sup>(f)</sup> matrem atque uxo-  
» rem ultra potuisse? Sed ad haec [cum] primum  
» ortu<sup>(g)</sup> solis lux mundo est redditæ, ex<sup>(h)</sup> vertice  
» arboris acuta quaedam vox sel enim discreibilis et in-  
» telligenda sic appulit: COMPLETA SPNT, inquit,  
» TIBI VITAE SPATIA QVÆ DEBEBANTVR, NEG-  
» BEVERI SANE AD MATREM, VT DESIDERAS,

» POTERIS, QVOM<sup>(a)</sup> ILLA MORS IN BABYLONIA  
» SIT FVTVR. SED SEDES CORPORIS LONGE  
» DIVERSA EST. VERVM VBI HAEC TIBI FINIS  
» ADFVERIT, MOX MATREM QVOQVE VNA ET  
» CONIVGEM PERITVRAS ESSE TRISTIORE<sup>(b)</sup>  
» MORTE NON AMBIGAS, INDIS VNA VEL PER-  
» SIS ETIAM INFESTANTIBVS<sup>(c)</sup>.

XLI. » His conpertis animoque ad necessaria con-  
» firmato, moratus dies ferme <sup>XII</sup> ad Prasiacem fe-  
» stino: et Atilaniae<sup>(c)</sup> regionibus, quarum paragran-  
» dis oppidis praesens intentio erat, debitam diligen-  
» tiam praesto. Ergo Prasiaca percursata evenio Per-  
» sidam omni studio properans Samiramidos quoque  
» nunc regnum visere. Sed quoniam ad hanc<sup>(d)</sup> mihi  
» interim finem res gestae sunt, ea te scientia partici-  
» pare amicum fuit. Quare vale<sup>(e)</sup>.

XLIV. Post haec litteras ad Aristotelen datas per Alexander  
git ies, ut scripserat, al Samiramidos regiam, quod veni in Sa-  
illō se et opulentiae fama<sup>(f)</sup> ducebat et magnificientia<sup>(g)</sup> re-  
pervulgata imperii satis incliti ad laborem. Quippe Candacem.  
urbs omnis muro quam validissimo est circumsepta, por-  
tarum valvis aere vel ferro ad firmitudinem vel dico-  
rem iupendio fabre possessis<sup>(h)</sup>. Omne vero oppidum  
quadratis saxis sed hisce non incurvoe larvigatis con-  
gestum et culcum visere non absque admiratione visen-  
tium fuit. Enimvero regina oppido erat et pulchritu-  
dine famosissima et commendabilis ex aetate, forte

(a) Cod. quam. (b) Cod. id tristior. (c) Ita cod. sed fortasse  
scribendum alii Indiae. (d) Cod. adhuc. (e) Cod. fuisse. (f) Cod.  
magifica. (g) Ita cod.

(h) Littere suspicenti aliquot carmina heic lstatire.

(a) Cod. dubius. (b) Cod. tamen. (c) Ita cod. (d) Cod. adhuc.  
namque. (e) Cod. ecquid. (f) Cod. videtur me. (g) Cod. circa.  
(h) Cod. et.

tunc viro vidua quamvis mater iam trium liberorum. Sed feminae nomen Candace dicitur. Proneptis erat haec Samiramidos supradictae. Ad eam igitur Alexander scribit talia<sup>(1)</sup>.

**Epistola XLV.** Aegyptum adveniens, ex eorum indigenis audiri illis terris et domos vestras et sepulchra esse eum regi defunctorum: ex quibus palam fuit dominatores esse maximi regnos vestri, Indianaque tenuisse. Nam et relatio addidit<sup>(2)</sup>, Hammond quoque meum militasse<sup>(3)</sup> cum vobiscum, et id famae adstipulatur etiam oracula maiestas, quod edictum<sup>(4)</sup> iubet uno<sup>(5)</sup> nos Deo sacris obsequi. Quare religiosum est facere Dei iussa, et id moneo suadeoque, rectius tibi facturas si veneris; non vero multum peccare si omittas<sup>(6)</sup>.

**Epistola XLVI.** Ad haec Candace scribit. Verius<sup>(7)</sup> nobis oraculum est Hammonis Dei neque nos in Aegyptum militare, neque Indianum nostrum hac ex causa debere commoveri: enim si quis hue audeat, hisce utpote hostibus occursare. Quare Dei iussis parere decre-

(1) Cod. regis. (2) Cod. valario. (3) Dix si maxis edicim. (4) Ita cod. (5) Cod. restit. tibi facturas si veneris; non vero multum si veneris; non vero multum peccare si amittas. (6) Cod. Venus.

(7) Candace regina in rebus gestis Alexandri apud non usum historionem memoratur. Malala et Cedrenus dicunt eam viduam, eidemque interioris Indiae regnum attribuunt. Suidas item Indice, at codex graecus ambr. Aethiopiae dicit reginam. Pseudo-Callisthenes apud Sancticerium p. 157. n. 2, in Syria regnante narrat. Latine illius codex ambr. eam: 'I. Valerio fere consentit. Mihil quidem omnis haec narratio fabulosa videatur.'

(2) Reapse Louis Strati seu militaris meminerunt Herodotus v. 119. Strabo xiv. p. 659. Plinius xvi. sect. 89. Aelianus de natura animal. xii. 50. Appianus bell. Mithrid. LXVI. Herodius vno. exoptato, itemque Plotini lexicon ms.

stum<sup>(a)</sup> est ac verecundum. Nec nos aestimes colore: quippe cui animi liberalis species intuenda est, non satis corporis forma praeiudicat. Id ne putas arte timoris adlatum, octoginta nobis populos sciito esse vel maximos, eosque omnis agere in armis non ob iniuriam inferendam, sed inferentibus occursuros. At vero te probo quod ad communione nos sacri et obsequio voces Hammonis Dei, quem maximum et praesentissimum scimus.

**XLVII.** Habebis ergo tibi ex nobis amicitiae argumentum centum latrunculos auri grandissimos. Aethiopias impubes quinque<sup>(b)</sup>, psittacos sex, plurygansque sex, praeterque haec Hammoni Deo nostro coronam smaragdis ac margaritis etiam torematis pretiosiorem. His et loculos refertissimos cuiusque generis margaritarum atque gemmarum ad decem numerum, eburneosque alios loculos octoginta una misi usibus et deliciis tuis: ferarum [que] genera quae sunt nosiratis, elephantos trecentos quinquaginta, pardos sex, rhinoceros octoginta, pantheras<sup>(c)</sup> vero quatuor<sup>(d)</sup>, canes etiam in homines efferaeissimos<sup>(e)</sup> nonaginta, tauros trecentos, virgas hebeni<sup>(f)</sup> mille atque quingentas, quae cum primum auferenda iussis transmittentur. Et ut tales seribas<sup>(g)</sup> ad nos veniam qui<sup>(h)</sup> te iam orbis universi dominum esse gratulemur.

**XLVIII.** Et ad haec quidem transferenda Alexander miserat. Ipse vero paulo post videndi reginas artificium.

(a) Ita Cod. sed malum decursum. (b) Cod. quingentos, sed alius cod. lat. quinque. (c) Cod. pantheras, sed alius cod. pantheras. (d) Cod. addit milia, quod omittitur ab alio cod. (e) Ita cod. ab eferaco efferaeissimo, ut apud Belusensem ipsi hist. 17. 52. (f) Alius cod. sine aspiratione. (g) Cod. haec in salebii uribus. (h) Cod. es qui.

studio illō profectus est. Quod ubi Candace conperit, eiusmodi rem ex ingenio communisetur. Unum e' pectoribus peritissimis ire clavi obviam adventanti Alexandro inbet, eumque quam conliniatissime efficiat ac depingat, atque sese propter<sup>(a)</sup> picturam quam inleporat deferat<sup>(1)</sup>. Id ubi factum est et pector reverit, acceptam effigiem abdito quodam et secreto ponit in loco.

**Candacis** XLIX. Sed insecura est factum hoc eiusmodi filius verba. Filius reginae Candacis, cui nomen Candaules nūt in ea- erat, una cum equitibus admodum puncis forte occurrit ad quaedam tentoria Alexandri militum. Moti vero custodes exercitus personae novitate, ducemque illum et siqui cum ipso veuerant comprehendunt offeruntque Ptolomeo cui cognomentum Soter erat: eius enim dignitas velut secunda post regis ambitum videbatur. Quod igitur Alexander id<sup>(b)</sup> horae somno per diem teneretur, Ptolomeus quaerit ex homine quis esset quas habet causas repentinī illius adventus? Ad haec Candaules opinatus regem Ptolomeum, se se ait esse quidem filium regiae Candacis: sed enim sese una cum coniuge civilius et incuriosius ad sacrificium annum contendentem, superventu Amazonum<sup>(2)</sup> a quodam Bobryciorum tyranno uxore privatum, omnes denique militum, qui una secum fuerant, interfector.

(a) Nempe prope zere. (b) Cod. ad.

(1) Malala, Cedrenus et Glycos nom ait pictum Alexandrum, sed curavisse Candace ut, illius forma quae esset, fando sudaret, atque ita praeuentem agnosceret.

(2) Quaedam Amazones videntur olim militavisse sub tyrannis aut astrapis. Lege Atticorum VII. 45.

Quare commodum nunc numeris congregatis hanc se moliri militiam ut ultiō consuleret<sup>(a)</sup>.

L. His conpertis Ptolomeus ad regem irruptit, Alexan- et quae conperta communicat: quae quidem grata Alex- dri com- xandro et ex voto accedere<sup>(b)</sup> videbantur. Surgit igit- mentum. tur e' lectulo et diadema protinus suum in Ptolomei caput transfert, chlamydeque augustiore et regla circumiectum egredi iubet. Tum ubi Ptolomeus<sup>(c)</sup> ad Candaulem egreditur, facit ad sese Antigonum satel- litem vocare. Pro quo Antigono cum ipse Alexander Ptolomeo se veluti satellitem optulisset, ibi inquit: Cuncta haec mihi communis dicitur, atque a me consilium super re queritato. Ita ut doctus est Ptolomeus protinus facit. Sed cuncti identes et Ptolomeum cum insignibus regii et pro satellite Alexandrum ad- sistere, summa expectatione pendebant, et quid novi consilii regii<sup>(d)</sup> sedisset.

LL. Namque ut egressus est habitu famulantis, pro- tinus Ptolomeus: Cerne, inquit, Antigone, hunc Candaulem: is Candacis reginae est filius, sed enim iniuriam deflet coniugis raptæ per insolentiam regis lomasa. Bebrycis. Facies igitur obsequenter si nos consilio iu- ves subieclasque requid<sup>(e)</sup> nunc facto opus esse arbit- trare. Ad haec Alexander: Dignum te sane erit, rex, ait, si armato exercitu iniuriam supplicis uliscare, eximasperie eius uxorem<sup>(f)</sup>, cuius honor matri proficiat. His conpertis, Candauli gaudium. Sed Ptolomeus ad haec respondit: Ergo, inquit, Antigone, ex- quere istud quod subieclisti consilium atque exercitum

(a) Cod. confuseres. (b) Ita cod. nisi mavis occidere. (c) Cod. peccator, sed alius cod. Ptolomeus. (d) Ita cod. nisi mavis regi. (e) Cod. equid. (f) Cod. pro uxorem habet adiutoriafectio.

para. Faciam sane respondit Alexander: sed enim commodum mihi, rex, ad consilium quod subiecero bellum istud inferri Bebrycum regi seu regno non die teste: neque enim animus barbari improvisa formidine incitatus ab infectione raptae mulieris temperabit. Erit vero frustra open supplici procurare si emolumentum victoriae dilabatur. Ergo si placet nox<sup>(a)</sup> belli tempus et superventus eiusmodi confirmetur. Ubi enim flammis immensis noctis obscuru turbari civitas coeperebit, adquescent conditionibus nostris facilissime iam praeventi, raptaque nobis hand difficile repreäsentabunt.

*Candacis* LIII. Haec cum dixisset, et Antigonus considerare filio supplicetur a supplice, procidens eius ad genua Candaules: Quam vellem, ait<sup>(b)</sup>, tu ille Alexander fores cum hac<sup>(c)</sup> tua Antigone sapientia! non enim armigeri pares nobis calles industria dedisset<sup>(d)</sup>. Ergo ut consilium fuit inruunt nocte barbaricam civitatem, et iam somno deditis superoeruent: innectis denique flammis omnia conflagrare cum septis<sup>(e)</sup> somno nuntiarentur, causamque superventus haud dubie cognovissent; undique increpare classico<sup>(f)</sup> iubet, Candaules illum exercitum uxorem esse repetentis. Quare boni consularent, si regi uxor protinus redderetur: quod ni fecissent, omnis civitas direpta hostiliter conflagraret. Id ubi civibus palam factum est, irruunt aedes tyramni, aedibusque praefractis<sup>(g)</sup> mulierem protinus reddunt.

*Alexander* LIII. Hoc gaudio<sup>(h)</sup> Candaules cum agendis gravissimis occuparetur, elusque facinoris summam penes An-

tigonum collocaret, complexus eum hisce alloquitur: Da queso te mihi, Antigone, ait, ad matrem usque comitatum<sup>(i)</sup>, ut pro consultis tuis a me quoque praemissis munere. Ergo, inquit Alexander, recte feceris si id ipsum a rege super meo nomine postularis. Nam et mihi haud modicum<sup>(j)</sup> studium est et videndas civitatis tuae et regiae pariter salutandae. Monet igitur Ptolomeum uti petitis aduheret, seseque legatum ac nuntium ad Candacem ire mandare: et Ptolomeus permisit ac si petenti veniam ficeret<sup>(k)</sup>, ac sic ait: Et ipse sane loqui per litteras habeo<sup>(l)</sup> cum Candace, et gratiam tibi qua uti<sup>(m)</sup> desideras: eumque nobis quam primum sisipitem redhibeo; hunc enim tibi ut me ipsum Alexandrum tecum ipse habebis. Ita sane, Candaules ait, eumque tibi onussum donis regalibus redditam. Insiuunt ergo trahitque Candaules Alexandro vel maximam exercitus sui partem impedimentaque omnia quibus apparatus regius vehebatur.

LIV. Sed enim alexander viabundus<sup>(n)</sup> concia Regnum curiosius spectans animo perlustrabat, montes scilicet Candacis arduos et congesta saxorum nivali specie carentium, describuntur. que pleraque crystalli metalla dicebantur, frigida sane sub caeli plaga et circum omnia nubibus convestiva. Enim frigus hoc fertur non obistere ubertati.

(a) Cod. haul medicere. (tgitur scribendum mediocre.) (b) Cod. premisit ac si petenti aduenire facit. (c) Ita cod. nisi maris auro. (d) Cod. quam ut. (e) Cod. viabundus. Nisi quis manut viabundus. Iam vocabulum viabundus vides in Itinerar. cap. LVII.

(f) Videtur dicendum ad matris usque comitatum. Porro Alexander ineaqta specie solitum obire legationes niant ad hunc historie locum Malala et Cedrenus et Glycas. Recole etiam I. Valerium lib. I. cap. XXXIX. et XL. et lib. III. cap. III.

(g) Cod. audius prefecit. (h) Cod. gaudium.

*Arbores enim procerissimas virentesque et graves pomis ubique mirabantur. Haec poma erant vel mala grandia ad curi gratiam colorata, sed ad magnitudinem ferme quae apud nos est citri excrescentia. Uvae ponderis et densitatis immenses prorsus ut singulis acinis vel improbis (a) si maioris (b) hiatibus non occurras. Granatis etiam malis suam dat gratiam magnitudi: nam grana illis quo glandes inpetu (c) verum ignificantia: tam sapora ipsaque mala non minus pepone (d) excrescent. Enimvero potius (e) horum pomorum perdifficilis occasio: ita onus vel pleraque dracones amplexi possident hand errabundi (f): tum genera lacertorum hand minus ichneumonum magnitudine.*

*LV. Multa praeterea animalium genera innoxiae, sed enim facie peregrina, nostris experimentis aliena: et simias viseres facile magnitudinem ursarum nostrarum superrectas formasque varias similarum quas distingue difficile est [ab] hominibus non insignitis (g). Locorum vero pleraque saecis quidem aspera sicuti dicitur est, sed quae facile praesumeres haberis et incoli posse Numinibus. Quippe loca haec domus Deorum vocant, et plerumque visuntur in hisce secessibus agere Dii res voluptarias. Addebat quippe Candales et vocatos hominibus respondere et vultu quoquis se regibus (h) confiteri. Quare tu quoque, si voles, invitato sacrificiis haec Numina: nec erit difficile ex-*

(a) Cod. vel. improb. Hand scio an diemnum impleris. (b) Ita cod. (c) Cod. inpetu. (d) Cod. pepone. (e) Cod. posteri. (f) Cod. quas si ferre difficile est hominibus non insignientem. (g) Cod. si vultu esse quo sine regibus.

(1) Id adumbratur ad Hesperidum fabulam.

*perimentum, quin te quoque sui conspectu dignentur. Multa igitur eiusmodi cum per omne iter vidisset audivissetque Alexander, tandem cum Candale ad regiam Candace venit.*

*LVI. Quare iam primum fratres eius postque et re. Adventus gina mater cum regiae pompa comitatu Candauli ob in Candaviantes, in complexus eius gratulabundi irruere gestiebant. Sed enim praevenit iuvenis, nec prius sibi affectus huiusc obsequia depositit, quam Antigono gratias super adiuto sese ac liberata coniuge confessi forent. Hunc enim Antigonum internuntium esse regis Alexandri secundum legatum. Tunc querentibus gratiae novitatem et iniuriam raptae coningis et ultionem provisi beneficil refert. Ergo agunt gratias iuvenes et regina laetatur ultione (a) pariter temerati Candales et integratae nurus illibata laetitia. Coena denique gratulatoria, ubi id tempus, operosa et regalis apponitur: et est videre apud illos lasciviam barbaram, incubare precili, illudere pretiis, sed ex vesci de pretiis.*

*LVII. Insequunt autem (b) die cum Candace ostentatione regia processisset, superba admodum gemmato luxur. Candace stemmate et gemmato diademate, statura auctior, aetate veneranda (ut Alexandro recordant ad Olympiadem matrem eius aestimatio conveniret) dedit prorsus sciri sese et opulentiam suam. Domus vero egregio opere elaborata hisque metallis insignita erat, ut inuentibus splendor ornatus pariter et celsitudo molinum undique sudo quodam et ignoto (c) lumine coruscaret: nihil in sese dispar aut alienum (d) possidens usqueque lucebat. Omnia veste serica, colore pur-*

(a) Cod. uitiosum, (b) Cod. tamen. (c) Ita evd. (d) Cod. aliud.

*purea<sup>(a)</sup>, intexta auro, gemmis admixta quae ueste coepit fuerant<sup>(b)</sup> et perornata. Gemmarum vero regalium utrum magnitudines mirere, an vero coloribus ducere, an fulgoribus sincere, iudicium prae stupore non erat. Inter aurum sane purpureaque texta vel gemmas ebur multum, sed in ebore viseyes artis pretia maiora. Onyx pro saxis, et columnae de gemmis, et earum proceritudo ubique supra nostrates arbores, sed quae sint procerissimae, fuerat, hebeno tamen plurimes interpolante: quod si sit ad caerulei speciem vel colorem laevigatio, tamen plerumque ex ea purpura aliud esse quam si saxum hebenum mentiebatur<sup>(c)</sup>.*

LVIII. Illic et effigies plurimae tum e marmore vario, tum e metallo cuiuscumque modi rennuebant numeriam aestimationem, quae omnis curiosi diligentiam vinceret. Adeo multa erant! Quanvis in singulis figuris fuerit superbior admiratio, currus sane fulgatos e porphyrite lapide sed conditiatissime una cum animantibus et aurigis ad veri faciem videre erat plurimos et passim ubique constitisse, quos et cursum agere opinareret et moveri omnia non discredere. Ita prae corsuco fulgoris oculorum officia praeverto labi erat opiniones intentum. At alii currus quadrigas elephantes iunctos habebant, eosque hebeno, cui concolor bestia veri facilis imaginem retinebat: sed subter erant impressa pedibus elephantorum captivorum corpora subcumbentium aut innexa proboscidibus suspensa. Quae inter omnia id sane praecipuum regi operis videbatur, quod una de gemma sculptum templum indidemque columnas cerneret interscalpas, ob-

sessum omne et<sup>(a)</sup> frequens horrore sacro de Deorum videntibus barbaris, qui plusne formidinis an admiratio- nis darent, haud erat homini discernere. Inter haec et celso illa atque ad caelum suspicata palatia interfluere Argyritum<sup>(1)</sup> flumen et alium Pactolum fluvium mirabatur: sed utrumque alveum auro divitem et prae nimietate auri interfluentis, aquae quoque aurigantem colorem: sel eorum litus et margines insertis arboribus convirescunt quae celsae sint et odorae<sup>(d)</sup>; cypros denique gentiliter vocant fructu suavi et umbris frondibus divites.

LIX. Haec igitur cuncta cum Alexander intuitus esset<sup>(e)</sup> admiratione quadam debita vincetabant. Agebat in convivio Candalis soror<sup>(f)</sup>. Enimvero quasit quam blandius post<sup>(g)</sup> matrem Caudales uti Antigonum suum pro merito gratiae regalis munaretur, quod donatus<sup>(h)</sup> pro fortuna tantae reginae, ad propria protinus remearet. Comprehensum igitur Alexandrum Candace per aulam suam omniaque regiae secreta ac penetralia circumducebat, secessus quoddam ei aedium monstrans ex eo lapide, cuius quidem fulgor<sup>(i)</sup> ignitus est (nam lignitem etiam vocant). Intuentibus visitur opinio quedam indidem solis orientis. Tridinium quoque ibidem videt alio de saxi genere, cui cum sint ignea quedam maculae vel inustiones; haud secus haec, quam excandentes<sup>(k)</sup> lapides sunt, flam-

(a) Cod. omnes vel. (b) Cod. odore. (c) Cod. intermixt. (d) Cod. Candalis roris. (e) Nempe reges quam blandius portas. (f) Cod. donator. (g) Cod. fulgor, quod si regines, eas deinde ignitus. (h) Cod. ei cadenti. Fortasse scribendum excandescenter.

(1) Confer Melam III. 7. Plin. vi. sect. 23.

mea visebantur <sup>(a)</sup> quasi caelitus septem astra discurrere: stellaeque omni studio et sereno sub tempore caelestem chorum agere mirare. Erat et tectum ad iustar integræ domus marmoris preciosi opere circumforaneo <sup>(b)</sup>. Namque aedes illa portarum lapsibus subter ut <sup>(c)</sup> a viginti elephantis ad reginas iter movebatur: eoque his solita regina quoque militarium pergere praedicatur.

LX. Sed enim Alexander ne victus rudi quadam admiratione videbatur, ampla sane sed pro conditione opulentiae gentilis atque præsentis vita sibi omnia confitetur. Quippe admirabilis videt potuisse tunc mage si apud Graecos haec forent, apud quos essent elaborandis rebus peregrina materia. At cum Indis <sup>(d)</sup> tanta et aliorum huiuscmodi pretia servirent, segnitiae condemnatos fuisse, si non haberent quibus uti ex facili licuisset. Et intellegit regina Candace ingenium viri et probat sane. Sed in respondendo sic <sup>Alexan-</sup> ait: Vera mihi dixisses haec, Alexander mi. Tum deragno- audito nomine obstupescens, Apage, inquit, o regina, scitur <sup>a</sup> hoc a me nomen, quippe ipse Antigonus vocor: Enim vero Alexander nobis rex erit, cuius ego nunc inter- nuntius hue adveni. Et regina post haec: Esto sane, inquit, Antigonus apud ceteros, mihi tamen nomine <sup>(e)</sup> Alexander rex eris. Neque nesciens id habeo aut dif- feram probationem.

(a) Cod. visebantur. (b) Ita cod. nisi maxis si. (c) Cod. nomini.

(d) Nempe mobili. Confer Apuleium *Metamorph.* iv. ed. pa- tis. an. MDCLXXXVIII. p. 116.

(e) Cod. sibi, videbatur scriendum Indis aut illis. Vel di- scandum tibi, referendumque ad Candacem.

LXI. Et cum dicto adprehendens in paenitentia <sup>(a)</sup> perducit, olimque propriam <sup>(b)</sup> imaginem ostendit. Agno- scisse, ait, Alexandri illius quam membra non potes faciem? Sed quidnam intremuisti tam trepide, quidua turbaris ex cultu? Non ille tu Persarum potens es? non Indiae dominus? non qui iam orientem omnem trophaeum tuum feceris, Parthis et Medis imperitans? An vero te pudet sine militia vel expeditione in manus feminæ devenisse? Quare conice quaeso quid te inva- rit tua illa famosa prudentia, cum nunc Candacem tut <sup>(c)</sup> videris sollertialem. Quod igitur huc attinet arrogantium nimiae prudentiae iam deponuit.

LXII. Hoc illa dicente, nec vultus constare Ale- xander, quin etiam infrenders dentibus videbatur. Et regina subridens: Quid te iuvat, inquit, haec tua tapita indignatio sic saevientem vel si maxelis insa- nientem? Ad haec ille: Una mihi, nam sane profisen- dum est, ait, vel maxima indignatio, quod mihi gla- dius meuus huc comes non sit. Et cuinam usui, regina respondit, gladium tibi nunc requisisses? At ille, Quod enim in huiuscmodi tempore atque rebus regale admodum munus foret imperfecta te comitem me pre- missae morti praestitisse, nequid sit foedius quod praeteritas nostras glorias obumbraverit. Accipio, in- quid Candace, professionem dignam viro et animo sane regali: sed metum hunc abicias velim, et magnitudi- nem gratiae tuae beneficique considerans dignam vi- cissitudinem spera. Quod enim filio Candalū meo in Bebryciorum ultione praestitisti, id tibi ego in tua salute praestabo, atque apud gentiles barbaros meos

(a) Cod. paenit. Et diphtengas quidem ac merito retinens.

(b) Cod. persiam. (c) Ita cod. tui.

fidem veri clam habebo<sup>(a)</sup>. Quippe cum palam sit a caede tui homines natura saviores haud facile temperaturos, signi ad fidem venerint, praesertim cum tu etiam Pori sis intersector, cuius filium scito innioris mei filii coniugio copulatum. Quare esto Antigonus apud illos, cum mihi soli Alexander habeatur.

*Alexandri.* LXIII. Et cum hinc dictis egreditur, atque ad periculum. *Candaule* sic ait: Fili Candaule tuque Margie nurus nivissima, gandeo admodum quod in tempore fuit vestro Alexandri regis auxilium repperisse; cetero-qui<sup>(b)</sup> vobis vidua iam et lugubris hic sederem. Dignum igitur fortuna nostra erit internuntium Alexandri donatum muneribus hinc remitti. Sed ad haec iunior Candace filius Charagos nomine: Quam vellem, inquit, o Mater, nostrae quoque iniuriae meminisse! Neque enim clam te, illum quem opulorum solvatis- riter dicas fratri meo, mei quoque socii intersectori extitimus. Erit igitur memoriter ac iuste etiam indignantis si vel in hoc alexandri internuntio eius uisciamur iniuriam.

LXIV. Sed ad haec regina Candace: Neque, in- quid, o nate, mihi ad Alexandrum istud iniuriae facit, et perfacile damnum est regibus uno militi caruisse. Tunc legationis ius et foedus perpetuum internuntiorum in nobis claudicare non sinam. Ad haec Candaules etiam excipit: Neque sane ad ista quae iusta sunt a nobis quoque abicit Antigoni defensatio: neque enim ingenua conscientia est, a quo tibi salutem datum trisque fatigare in instum exilium prodiisse. Sed enim fortior iuuenis: Numquid ergo mavis, Can- daule, super hoc Antigonum prae-mio bello nos decerne-

(a) Cod. habet. (b) Cod. ceterumque.

re? Utrum enim iustius sit, vide, ultionem suis an vero vicem gratiae praestitisse? Ibat adolescentior fervor et vis cum impetu animi regalis, et ex part utrinque gliscere indignatio asperabatur: metuebat que mater eequod<sup>(c)</sup> aetas illa temere consultaret.

LXV. Seducto igitur Alexandro, Nume, inquit, tempus est tuae celebratae prudentiae: repperendum enim consilii genus quo filii causa civilis proelii dilabatur. Bono animo esse reginum Alexander iubet. Quare reversus ad iuuenes: Neque me sane, ait, *Alexan- minae* istae mortis magnopere terrebant, nec regi meo <sup>di calli- dum conti- liam.</sup> satis videbitur ista iactura. Quot enim satelliti milia et quantus<sup>(d)</sup> animantium numerus hoc regi obsequium meliusque hoc praestare poterit<sup>(e)</sup>? Enim vero ego cessi Candace gratiae vesterque iam fram, siquidem ita nobis ad fidem sederit, uti ex praedica- tione<sup>(f)</sup> vestri praesertim hisce liberalitatis indicis faciam<sup>(g)</sup> Alexandrum ductum hue ad vos sponte per- venire, praesertim adeo inmodice habendi cupidum atque opibus inhiantem: qui cum peregrino comitatu vestrarum se fidei commiserit haud magnificiam quid de eius exitio consultetis: modo ut vos gratiae memo- res remuneratoresque<sup>(h)</sup> in posterum mihi vos sedulo promittatis. Sed et sponsionem adolescens, et Can- daele protinus inventi prudentiam demirabatur. Pur- susque secreto: Utinam, Alexander mihi, te quoque vel- tes ad numerum mihi addere filiorum<sup>(i)</sup>! Quis enim

(c) Cod. etquid. (b) Cod. quantus. (c) Cod. non patet. (d) Cod. coniunctio expressioque quod esset novum vocabulum. (e) Cod. pro facias habet facile. (f) Cod. remuneratoresque.

(t) Namrum Alexander ab Halicarnassi quoque regina se filium dei dignissime prectus erat. Confer Itinerar. cap. XXIV.

dubitet, tunc denum fore Candacem orbis universi reginam, si talis quoque mater filii putaretur? Ego iam credo non te plus ferro vel proeliis quam actu etiam celebri prudentiae gentibus praestitisse. Confirmo igitur tibi rursus eandem illam fidem sponsonis meae, neque te ut res est noscendum cuiquam profitebor.

Alexander  
der dige- dat secretius munera coronam auream adamantibus co-  
diur ab ruscantem prorsus ac si (<sup>a</sup>) regiam, thoraca varium ex  
aula Can- unionibus beryllisque, chlamydem etiam purpuream in-  
dancis.

LXVI. Ergo post paucos admodum dies dighendienti  
publico, quae ad satellitem pertinerent, iubetque ho-  
minem deduci eo et per satrapas viciissimque profec-

Alexandri tum repedare quo (<sup>b</sup>) venerat. Ubi igitur ad id loci  
cum Diis Alexander venit, quas *Candaules* ei Deorum domus  
congressus.

esse confessus est (<sup>c</sup>), et sperat posse illio sibi cum  
Diis immortalibus verba ex praesentium copia opinari-  
ri (<sup>c</sup>); sacrificatus ibidem convivatusque, adhibet etiam  
ex comitibus quam paucissimos. Interea intervenire  
quasdam effigies videt tenui quidem sed coruscis sub  
lumine, ut si conventu nebulo vera primum occur-  
rentium confundantur: tum etiam circumsistentia tecta  
undique consplendescere: et cum his una crescit turba  
formarum et murmur praesentium usurpatur, et fit  
prorsus unum Diis hominibusque convivium.

LXVII. Hic eum animo confusus reverentia debita  
Alexander trepidaret (quippe intuenti videri (<sup>d</sup>) iam  
clarior erat flamas quasdam ex oculis Deorum dis-

(a) Cod. aer. (b) Ita cod. (c) Ita cod. (d) Ita cod.

(1) Recole huius libri caput L.V.

cumbentium promicantes, prodiique effigies quas hand  
dubie divinas esse vel brutissimus sentiat). Unus ergo  
tandem ex his: *Hare*, inquit, *Alexander* mi. Tunc  
cum rex *venerationem debitam reddidisset*, quæsisset-  
que quis esset qui se foret *hac salutatione dignatus*:  
*Ego*, inquit, *Sesonchosis* ille sum: sed enim ut vides  
adscitus convivio celibatum ago una cum *Diis*, quod  
profecto te quoque procul dubio iam manebit. Ad haec  
Alexander cum ratum spel istius requisisset, *Seson-  
chosis* rursus: *Iure*, inquit, *ista tibi sperare convenit*,  
qui inter cetera laboris et gloriae, eius quoque urbis  
auctor extiteris, quae rebus humanis magnificientia pa-  
riter antistet et gloria. Quare abi (<sup>a</sup>) introrsus ut  
summi quoque potentiam Numinis coram salute.

LXVIII. Tum audacior (<sup>b</sup>) rex ingressus sacri loci  
paenita (<sup>c</sup>), majestatis effigiem videt et fulgore aethe-  
riore nitentem. Enimvero sedentarium talemque pror-  
sus, qualem apud Rhacotin (<sup>c</sup>) adoratum a sece sum-  
mum Deum praesidem Serapim meminisset. Ibi ergo  
cum angustissimum Numen Alexander salutasst, ag-  
nitionemque confessus esset olim visitati Dei, rursus  
Sesonchosis sic exorsus: *Numnam*, inquit, *tibi Ale-  
xander mirum est in tam longinquu Dei huius praes-  
sentiam visam esse? sed idem ubique totus ac praesens  
est, ait. Quod enim caeli ambitus ubique praestiterit*

(a) Cod. habitur. (b) Cod. accior. (c) Cod. paenita.

(d) Cod. Bacatin. Recole lib. I. cap. xxx. Tacitus hist. xv.  
25—34. narrato simulacri serapiaci advectu ex urbe Sinope Ale-  
xandrius iussu Ptolemaei Soteris, nis: *Templum pro magnitudine  
urbis extrucrum loco, cui nomen Rhacotis. Fuerat illis  
sanctum Serapidi atque Iidis antiquis sacratum.*

*homini, id huius quoque Numinis vis, [quae] numquam frustra veluti per absentiam requiritur<sup>(1)</sup>. Tum<sup>(2)</sup> Alexander occasionem veri audiendi ratus, prolinus incisetur, quantum sibi ad vitae spatio polliceretur? Sed Sesonchosis, Et ante iam dictum fuit, inquit, tibi, nihil homini commodo praesentiam quam requiris<sup>(3)</sup>. Quippe viventi de vita termino ratum dicere nihil aliud est quam longum moerore ei et perpetuam contulisse; spem vero vivendi perinde fieri longissimam si<sup>(4)</sup> praesentibus perfruare. Quod ergo tuum est ac beatitudini tuae proficit, urbs tellusque quam delegisti erit urbis<sup>(5)</sup> industrior, eoque tibi nunc et in posterum una erit omnium veneratio. Deus<sup>(6)</sup> denique praesidebit. His etiam laetoris si homine demutaveris<sup>(7)</sup>. Post hoc responsum et sacrum Alexander hand difficile ad exercitum venit, Candacis corone et intropibus comptus.*

**LXIX.** Exim ad Amazonas ire festinat<sup>(4)</sup>,  
ad quas praemittit litteras in hunc modum scrip-

(a) Cod. canon. (b) Cod. se. (c) Ita cod. nisi mavis oritur. (d) Ita cod. Confer lib. I. cap. xxxv. p. 46.

(1) *Nimirum inquit Aristides orat, in Serapideum:* *Oī πν̄ ἔδη μεγάλης τρόπος Αἰγύπτου πόλεως; ταῦται νοὶ τὰ τούτων ὀνομασίαι οἵα, τοις εἰς ἀποκαλυπταί κακοῖς τετραγόνοι, ἀλλὰ δὲ ταῖς φύσει καὶ τῷ τὸν τετράγωνον. Illi σαν καὶ μαγιστροί ωρῶν αὐτοῖς Αἴγυπτον ισοτονού, ὥστε (Serapim) εἶαν σόλων προ λόγων προσωπαν, *quid nulla desiderant facilius, quia omnia persuadat ac repleat.**

(2) Vide lib. I. cap. XXXIV.

(5) Seilicet Serapis. Ex his rursum locis (exp. LXVII. LXVIII.) hinc existimes scriptorem huic historiae suisse Alexandrinum.

(4) Alexandri congressum cum Amazonibus sibi omnino permisso ridentur Diiodorus XVII. 77. Curtius VI. 5. Justinus XII. 3. Ea tamen res a Strabone XI. p. 505. et ab Artiano VII. 13.

tas, „Victorias nostras et in Darium bella, ex-  
,imque in alios quoscumque militavimus glo-  
,rias haud dubito vobis famae ipsius magnifi-  
,centiam commendasse. Nam et Pori fortunam  
,et iter nostrum in Oxydracontas ac Brachma-  
,nas digne taceri non arbitror: in hoc nomine  
,gymnosophistarum etiam per clementiam lau-  
,datoria <sup>(a)</sup>: quippe quos siverim mage <sup>(b)</sup> cum

(a) Ita cod. (b) Ita cod. sed forrasso dicendum agere

,pace ac suis legibus moribusque donaverim.  
 ,Quod si vobis hand displicet, accipite nos istō  
 ,venientes, et, quod est amicitiae munus, Diis  
 ,sacrificate pro nobis: iam quippe vobis aderis-  
 ,mus. At vos velim obviare nobis animo gra-  
 ,stante, cum ad amicitiam iter istud non ad pe-  
 ,nriculum sit futurum.

Amaro-  
 nus re-  
 sponsu-  
 m. LXX. Ad haec Amazones respondere. ,Vel  
 ,fiduciae munus est vel libertatis omnia tibi  
 ,rex, scribere quae penes nos sint. Non quod  
 ,fidem scriptis deroget ulla suspicio, sed ut ple-  
 ,nius noscas et quid operi precii sit his qui-  
 ,cumque hostili fervore in nos cupiant mili-  
 ,stare. Commune quippe humanitatis studium  
 ,esse arbitramur, in quaeque dubia ausuros ni-  
 ,hil prius quam emolumendum laboris intueri  
 ,sopportere. Scito igitur primum colere nos in-  
 ,teramnum a Machonico <sup>(a)</sup> flumine locum  
 ,omnem quo consistimus ambitum <sup>(a)</sup>, eo fluente  
 ,circiter spacio quo <sup>(b)</sup> una sit aditicula eaque  
 ,vix accolis nota, qua septem flumina vel in-

(a) Cod. ambientem. (b) Cod. quae nr.

(t) Hand scio an dicendum *Machelonico* quoniam Arrianus (*peripl. Euxin.*) *Machelones* populos collocait in Colchide, quae vulgo creditur sedes Amatosum. Tamen et *Macheteas* populos fere post Oxiderancum regionem videsis in *Ptolemaei Asiae* tabula VII. C. b.

,rumpi oporteat vel emergi: eiusque alvei tanta  
 ,est difficultas, quanta nos a quibusvis pericu-  
 ,lis tueatur.

LXXI. ,Hoc igitur tantillo in loco ducenta  
 ,milia virginum coimus, nullo omnino maris  
 ,sexu interpolato. Enimvero sicubi nobis ad na-  
 ,turam est consulendum, annum sacrum est  
 ,quod hippophama vocitamus. Eius sacri causa  
 ,ad mares nostros qui ultra amnem extrinsecus  
 ,perpelantur <sup>(a)</sup> omnes ferme transimus, atque  
 ,illuc per dies xxx inter haec quae Diis agun-  
 ,tur, ubi fuerit ad lubentiam nubimus. Nuptias  
 ,vero cum maribus derelinquimus, pactis et le-  
 ,gibus ut quaeque exim ad sexum hunc editae  
 ,fuant, eadem <sup>(b)</sup> post septennium in exercitum  
 ,dimittantur. Sed ubi venerint erudiantur equis  
 ,et peltis, donec armis idoneae fuerint.

LXXII. ,Igitur nobis quocumque militandum  
 ,et xx milibus nostrum domi et in patria pree-  
 ,tendentibus, et ceteris arma sumuntur, rede-  
 ,untibusque mos est honorem pro vulneribus  
 ,numerari. Ea nobis stipendia sunt, haec pro-  
 ,vectio: tantumque quis nostrum honore dives  
 ,est quantum cicatricibus insignitor. Quippe et  
 ,corona aurea redimitae salutamur, atque ado-  
 ,ramur a ceteris, et publicis conviviis adhibe-

(a) Ita cod. nisi maxis perpelluntur. (b) Cod. eadem.

, mur, et cuncta quae sint nobis ad obsequium  
, deferuntur. Quod si in bello mortem quam  
, voti erit nobilis virgo strenue oppetet, et functi  
, honores adhibentur et adfinitati functorum lar-  
, gae pecuniae honoresque numerantur. Ceterum  
, nobis aurum non est neque argentum, nisi  
quod sit in insignibus militaribus.

LXXXIII. Haec illa sunt in quibus inpen-  
duntur nostra discrimina et in quae omnia pe-  
riclitandum est, quaecumque Amazonas bella  
deposita: cuius eventum non satis arbitramur  
utrique de pari. Quippe ubi Amazonibus auc-  
tor <sup>(a)</sup> generis nostri Mars faverit, mares a fe-  
minis caeci <sup>(b)</sup> victi per maiorem cum dedecore  
oppent vel dilabentur. Ubi vero cum mari-  
bus steterit belli fortuna, pudenda res est, si  
quid hic sexus superatis feminis glorietur. Haec  
tibi igitur, rex, responsa de nobis sunt, qua-  
rum si fiduciam probas, obsequium etiam non  
aspernabere: siquidem te coronamus corona  
aurea annua, quae sit ponderis quanto tu ius-  
seris. Super his quod mavelis scribito: nos  
enim, si secus sederit, praeter amnem in acie  
deprehendes.

Alexandri  
alia epistola  
ad Amazones.  
LXXXIV. Hisce rex lectis delectatus admou-  
dum, sic respondit. Quid terrae ambitum dili-

<sup>(a)</sup> Cod. actior. <sup>(b)</sup> Ita cod. Dic autem capiti, nisi forte caeci est  
hunc pro auctor.

, gentius mensi sunt, eiusmodi magnitudinem  
universi trifariam divisorunt easque partes Asiam  
vel Europam vel etiam Libyam nominavere.  
In hisce igitur partibus universis trophya quo-  
que nostra consistunt: et est pudendum si in  
quibus nulla omnium obstiterit difficultas, a  
cognitione vestri veluti sub metus infamia de-  
clinemus <sup>(c)</sup>. Quare vestræ sit facultatis, siquid  
de bello consultetis. Ceteroqui obsequium at-  
que amicitiam diligentibus vicissitudo nostri  
non dispicebit. Neque vero resistantib[us] exi-  
tium gentis et patriæ, neque cedentibus amici-  
ca humanitas differetur.

LXXXV. Progressæ igitur ultra qua <sup>(c)</sup> lege  
vultis praeter amnem, ad nos venite omnem-  
que multitudinem vestram illic in ordines po-  
nите. Quod ubi fuerit ex forma huiusc prae-  
cepti, ego vobis Hammona patrem meum atque  
Iunonem, Minervam etiam victricem iuro, ni-  
hil amplius a vobis exactum iri <sup>(d)</sup> quam si  
quid pro viribus offeratis. Mittite sane ad con-  
militium mihi strenuas quasque equites <sup>(e)</sup>,

<sup>(a)</sup> Cod. declinemor. <sup>(b)</sup> Ita cod. mox factum differetur. <sup>(c)</sup> Cod.  
pro qua habet sub. <sup>(d)</sup> Cod. exacutri.

<sup>(e)</sup> Plane aliter Arrianus VII. 15. Ait enim, Amazonas, quae  
non invocatæ venerant in estra Macedonum, ab Alexandro  
fuisse remissa.

, quantas vultis, quibus singulis remuneratio erit  
 , minae auri quinque pretium, ceteraque ad hanc  
 , magnificientiam congruent. Enimvero istae quas  
 , miseritis, ubi annuum nobis <sup>(a)</sup> obsequium emen-  
 , sac siut, in propria remittentur <sup>(b)</sup>, uti pro  
 , hisce vicarias destinetis. Super his igitur, ut  
 , vobis conamodum est, consultate.

**Amazones.** LXXVI. Igitur Amazones motae rescribunt:  
 num re-  
 scriptum. Et dare se regi quam cupiat veniendi facultatem,  
 inspiciendique terras suas, et coronare  
 secum <sup>(c)</sup> annuis talentis sex: quingentas etiam  
 equites destinasse armatas et strenuas ut pos-  
 poscerat, quae per annos scilicet permutentur.  
 Quod si quis ex hisce ad sexum suum cesserit,  
 eam se patere <sup>(d)</sup> ibidem desidere, inque eius  
 locum supplementum de gente postulari. Quippe  
 Amazonibus certum esse parere viro absenti,  
 cui cessisse omnium hominum genera didicis-  
 sent.

Alexandri iter incommodum. LXXVII. His acceptis Alexander iter in Prasiacam inde pervertit, quae quidem eius multa peregrinatio labori admodum et plurimi periculi fuit. Nam aestatis ferme iam medio repentinae imbre fluxere adeo vehementes atque continui, ut non solum vis animantium deperiret

(a) Cod. polif. (b) Cod. remittuntur. (c) Ita cod. Est autem ar-  
 chaius patis pro patior.

(1) Secundum pro se, ut occurrit tecum pro te.

et quaecumque usui sunt ad militiam putrefie-  
 rent, verum ipsis etiam per indigentiam cal-  
 ciamentis <sup>(e)</sup> pedum plurima pernicies inferretur.  
 Quippe ubi nudo vestigio per loca aspera hu-  
 midaque perpeti labore traherentur. Neque vero  
 id sub isdem imbris adeo molestum, quam  
 redenitibus in naturam temporis solibus fuit:  
 quamvis intemperie illa et tonitruum plurimum  
 et iactus fulminum crebros experti essent. Nam  
 et voces incertas resonantes audierant et por-  
 tentuosa <sup>(f)</sup> plurima eiusmodi experti erant.

LXXVIII. Ubi vero iam ad Prasiacam adven-  
 tabant, Tympaninique flumen, quod dispergit  
 huiusmodi confinitia, transierant, conperit ibi-  
 dem <sup>(g)</sup> super magnitudine eius gentis ac regis  
 potentia qui Prasiace potiretur. Quippe ista  
 Praiaca propter oceanum sita, quo de reliqua  
 hominum turba semotior, hoc ad multitudinem  
 quoque largius vivit. Addebat autem <sup>(h)</sup> fama  
 tot elephantorum etiam milia esse regi, quot  
 apud alios plerumque super hominibus mentia-

Prasiace-  
 magnaudo  
 et potentia

(a) Cod. videtur habere calcimentorum. (b) Ita cod. heic et  
 cap. xxxi. Sic legitur monstrosus, monstruosa. (c) Cod. tamex.

(d) Ergo epistola Alexandri ad Aristotelem scripta videtur  
 post hoc iter, quoscum in eo scripto sit Alexander non, semel se  
 venisse in Prasiacam. Confer huius libri capita xxxii. xxvii.  
 xxxiv. xxxvii. xliii.

tur<sup>(1)</sup>. His igitur conpertis Alexander limitem  
huiuscemodi loci sensim legens civitates<sup>(2)</sup> eius  
invadere ac ditioni suae vendicare non negligit,  
et sacrificia Diis immortalibus facit.

Aristoteles epistola ad Alexandrum.  
LXXIX. Quae cum maxime persequeretur,  
ab Aristotele epistolam sumit scriptam in hunc  
modum. „Per mihi difficile est eligere vel lau-  
dare, Alexander mi, ex hisce omnibus aliquid,  
„quae te in ista militia gessisse cognovi<sup>(3)</sup>:  
„eamque mihi esse sententiam Iovem testem fa-  
cio Neptunumque. Quare Diis primum immor-  
talibus Deabusque ago gratias competentes, quod  
„emenso tibi hasce periculi difficultates gratu-  
tulationem potius quam solatium scribo. Quippe  
„quem sciam non bellorum modo discriminata  
„evasisse, verum temporum quoque et caeli dif-  
ficultatibus non cessisse. Ex quibus colligere  
„admodum facile esse ambigendum utrum ne te  
„prudentiae viribus an tolerantiae fortitudinis  
„que magis praedicem? Certe illud tibi iam ho-

(a) Cod. civitanus.

(1) Plinius vi. sect. 22. sicut: Praesidiorum regi podium sex-  
centa milia, equitum triginta milia, elephontorum novem mi-  
lia per omnes dies nipeadianae: unde coniectatio ingens  
opum est.

(2) Simili exordio utitur epistola graeca Aristotelis ad Ale-  
xandrum apud Cuiuscum p. 314.

, mericum adest, quod illic<sup>(4)</sup> sapientissimus  
gloriat<sup>(5)</sup>:

„Multitudinique urbes hominum moresque notavi.

„Quis enim praedicationis finis istud capit?

„XXX. ferme vix annos emensum te orientis omni-  
nis occidentisque dominari? Bactra te vidit,  
Aethiopia salutavit, Scytha tremuerunt, quod-  
que uno ille versu percurretur<sup>(6)</sup>:

„Quique novum eernunt hyperionis quique endentem.

„Neque enim quemquam non aut caesum au-  
divimus aut supplicantem<sup>(7)</sup>. Haec quidem Ari-  
stoteles.

LXXX. At vero Alexander collecto exercitu iter ad Babyloniam convertit, in qua susceptus honoratissime et sacrificia Diis immortalibus represestat et certamen gymnasticum<sup>(8)</sup> concelebrat<sup>(9)</sup>: atque inde iam pacificum iter cooptans hisce litteris ad Olympiadem<sup>(10)</sup> matrem suam scribit: „Super has quidem quas in principiis egerimus ad Asiam usque expeditiones, omnia tibi nota sunt<sup>(11)</sup>, mater mi<sup>(12)</sup>. Aequum tamen fuit et de insequentibus te facere cer-  
tiorem.

Alexandri  
reditus Ba-  
bylonem.

Eiusdem  
litterae ad  
Olympia-  
dem ma-  
treum.

(a) Illic pro ille. (b) Cod. gymnicum. (c) Cod. concordebrat.

(d) Cod. Olympiadum. (e) Cod. sine.

(f) Odys. I. 3.

(g) Odys. I. 24.

(h) Numquam Alexander alias litteras dederat ante ad matrem, in quibus egerat et de rebus aegyptiis. Legi. Auctores a me ludentes in praefatione cap. vi. p. 93. n. 2.

Narratur Alex. xandri iter una cum his quos magis strenuos in exercitu ad Hercolis habebam, quae quidem collecta sunt centum milia, in ulteriora regionum intendi, pervernas.

„Profectus quippe ad Babylonem nique usque ad Herculis stelas non minus itinere dierum (a) ferme nonaginta quinque (c), fama de Hercule sic loquente quod hasce metas peregrinationis suae fixerit Deus ille qui et duas stelas, id est titulos sui quosdam ibidem dereliquit, quorum unus ex auro, alter vero argenteus habeatur. Sed enim altitudo eorum est titulorum cubitis ferme quindecim, crassitudo vero in cubitis duobus. Hanc mollem metalli quoniam non facile erat credere solidi auro (b) esse, periculum eius rei facere non omisi (c). Quare moratus ibidem diebus aliquantis reficiendo scilicet milite, sacrificatusque Deo Herculi, titulum illum aureum qua potui rimatus sum foramine per omnem crassitudinem elaborato, neque claudicare fidem crassitudinis eius inveni. Sed cum cavernam illam replere religiosum mihi videretur, ad superplementum eius quingentis auri talentis opus fuit (d).

(a) Cod. ad Herculis stellar non minor iterum dierum etc. (b) Cod. solidi auro. (c) Cod. omisisti.

(d) Recole Itinerar. cap. cxxix — cxx. cum nota.

(e) Longe moderatus et verius in Itinerar. cap. cxx.

LXXXII. „Hinc ergo per deserta redeentes multa praerupta eiusmodi incidimus loca quae obsessa crassioribus nubibus nebulosive, omnem omnino aspectum hominis (e) sustulerant ac diei. Septem denique dierum itinere per has tenebras exanclato, tandem Thermodonti (f) supervenimus flumini haud cuiquam secundo ex magnitudine, sed enim per plana et opipara loca magno agmine pervaganti. Propter hunc Amazones ad Thermodontem Thermodonta genus Amazonum colit, mulieres magnitudine corporis pariter ac pulchritudine cetera hominum genera supervectae, amictae vero ut in picturis est visere unimammis, et omnis hisce ferme amictus est arma vel ferrum (g). Igitur cum hand procul his ageremus, ipsarum quidem potiri hand facile erat, utrumque nostrum a congressu magnitudine fluminis dispergiente. Sed praeter illius agmen, bestiae quoque nonnullae asperitatesque impedimento erant. At enim conerto illae quod ceterae quoque Amazones de nostra amicitia coepit sent (h), ipsae etiam periculi causam donis a nobis et obsequiis redemerunt.

(a) Cod. homini. Sed recole Itinerar. cap. cxx. (b) Ita se habet locus in codice.

(c) Hinc usque Itinerarium deduci vloimus in multo codice ambrosiano.

(d) Confer huius libri caput LXXXVI.

LXXXIII. »Itemque indidem ad rubrum mare  
»venimus, quorum locorum dextra quidem per-  
»asperis inviisque montibus recta est, laeva  
»vero mari rubro latius fusa. Illic autem <sup>(a)</sup> fac-  
»tis Neptuno sacris immolatisque equis ritu  
»praesenti, die secuta alio quam veneramus iti-  
»nere repedamus: fuitque operae pretium illas

*PANS  
FABVLO. S.A.* quoque nosse regiones. Multa enim hominum ge-

*Monstra* nera et invisitata sunt nobis cognita, quorum vel  
homina, maxime nobis admirationi fuit videntibus homines  
absque capitibus corporatos <sup>(1)</sup>. Namque his homini-  
bus oculi pectoribus inhaerentes: atque os omne eete-  
raque oris in parte corporis situm plurimum mira-  
dytae.

*Troglo-* bamur <sup>(2)</sup>. Illic et Troglodytas <sup>(c)</sup> offudimus, qui  
subter terram domiciliis sculptis ac fossis ad serpen-  
tinum instar successus sibi et habitacula laboravere.  
Quid ergo exim eminus visere esset? Tellurem quan-  
dam sitam velut in medio mari aestimato longius

*Civitas* solis, quam unius diei navigatione separatum. Eo naviga-  
tione contendimus. Repperimus in illa insula civi-  
tatem, quae solis esse diceretur <sup>(2)</sup>, ambitus spatio  
non minus sexaginta stadiis circumscripsit. Sed  
enim e medio civitatis constructo quadam et congesto

(a) God. tamen. (b) Ita se habet locus in codice. (c) God. Tro-  
godytas.

(1) Arrianus VI. l. sit, Alexandrum in epistola ad matrem de Indorum regione fabulam quendam (alias tamen haec) nar-  
ravisse: sed eius mox vanitate comperta, epistolam emendan-  
dam curasse.

(2) De insula quidem solis lego Plinium VI. sect. 26. Arria-  
num inde cap. XXXI.

»in loco currus aureus visebatur una scilicet equis at-  
»que inessore aureo laboratus. Is <sup>(a)</sup> omnis labor de-  
»auri materia et smaragdi fuit. Mira autem <sup>(b)</sup> opis  
»scinciae maiestas, nec ulli in orbe terrarum operi fa-  
»cilis contendenda. Enimvero isti regioni cum adesset  
»sacerdos aethyops, eo praeunte soli religiosus ope-  
»ratus sum.

LXXXIV. »Ac sic revertentes lacorum ne an tem-  
»poris tenebras profundas offendimus. Unde cum ra-  
»tio ipsa suassisset ibidem mansitare et reficiendis no-  
»stris, et rursus sacrificiis persolvendis Deo soli, quod  
»nullum omnino ignem ex quo luminis foret copia in-  
»veniremus, abscedere indidem confirmavimus. Tum *Alexan-*  
»vero divinum quoddam auxilium demorantibus pra-  
»venientes nobis quendam effigies Numinum cernere  
»fuit cum luminibus lampadaram quas a materia ar-  
»genti eminus <sup>(c)</sup> aestimabamus, atque ita victi <sup>(d)</sup>  
»ductique Tanaim <sup>(1)</sup> usque fluvium supervenimus. Is  
»Tanais e septentrionis partibus in Caspium mare pro-  
»fluens Asiam fertur Europamque discernere. Laeva  
»igitur eius itinere permenso ad Xerxis regna perveni-  
»mus, quae post habita Cyri sunt ac nominata <sup>(e)</sup>, ibi-  
»que multa opum regiarum ac divitias offendimus.

LXXXV. »Nam et aedem quandam ad speciem Aedes ma-  
»graei operis illuc magnificentissimum vitores, inque  
»aede etiam responsa dare memoratum regem scisci-  
»tantibus celebrant. Et situm ibidem in templo viscum Strophium  
»res varium opus, strophium <sup>(f)</sup> aureum dependens

(a) God. hic. (b) God. tamen. (c) God. evoluti. (d) Ita cod.  
(e) Ita se habet locus in codice. (f) God. hic et inferius strophum.

(1) De falso hoc Tans i recolte dicta ad Itinerar. esp. LXXXIX.  
n. 2. et 5.

*Orbis.* » aedifici de culmine, adhaerebatque illi strophio orbis qui tam ad modum vertiginis caelitis, superque Columbia. » orbem simulacrum columbae sessitabat, quod ubi respondens res diceret humanis vocibus sciscitanti loqui ferretur. Id strophium cum auferre indidem mihi cupiditas foret uti ad vos et ad nostram Graeciam mitteretur, idem qui aderant contendenterunt rem sacram esse neque contempnendo periculo invadari (a) a quopiam posse. Multa igitur alia quoque quae miserare offendimus, inter quae cratera etiam argenteum capacitatibus ad amphoras usque CCC et LX. Eius capacitatibus est mensuratio conferta nobis hoc modo, die sacri cum convivium etiam celebre exhibebam (b), ad quod convivium tot amphorarum repletum vesse vas constat. Enimvero vas istud insculptum erat neque caelatum navalibus proelii quae Xerxes apud Peloponnesum militaverat.

*Sella.* LXXXVI. » Erat inter illa caelamina et sella regalis scalpta insertaque operi ex auro stellata lapis. Vertigo. » dibus et ex precio insignis. Inpendebat autem etiam sellam istam vertigo quaedam ad modum mundi figurata, quam ipsam quoque responsi sub praesentiam Lyra. » regi spiritus dare omnes pariter adserabant. Propter vero eam est sita lyra facies ex arte eiusmodi, ut nihil demutet ab ea lyra quae sit canora: sic ista etiam ad eamendum uti solent (c). Nam et sponte plerumque spiritu (d) actam canere hanc lyram noverant: et endorum. » iuxta visores veluti thecam poculorum XVI cubitis Fons, aqua. » erectam, supraque eam thecam congestam effigiem la et arbo. » altitudinis per cubita LXXX una cum gradibus LXXX. res aureae.

(a) Ita cod. (b) Cod. exhibet. (c) Cod. sceler. (d) Cod. spirandi.

» Ibi denum et fons fictus est et aquila aurea supersita stebat adeo effigie daedale, ut panis alis omnem illius operis ambitum tegeret: namque et arbores sculptae et myrti quaedam ramosae ibidem notabantur, omnis ista de auro. Multa praeterea illuc fuerunt, quae quoniam neque habundantiae suae neque magnitudinis prelire facile offenderint fidem, censeo praetermittenda. Nunc vale».

LXXXVII. His scriptis cum a Babylonio iret Alexander mirum (a) portentum atque evidens portentosum ad exitium fuit. Nunciata quippe est mulier foetum (b) ciusmodi peperisse, cuius prioris corporis pars pube tenus ad hominem congruebat: enimvero quae insecura corporis erant omnia beluina prorsusque qualem Scyllam homines fabulantur: nisi hoc uno deverterat. non enim caninis capitibus lupinise; enim leoninis atque pardorum, snum etiam et ursorum omnem inguinum ambitum texerat spirantibus bestiis: etiamsi pars superna humanaque emortua iam (c) et colore atro cum desitu spiritus visebatur (d). Id monstri ubi mulier quae foeta fuerat enixa

(a) Cod. murum et. (b) Cod. factum. (c) Cod. etiam.

(d) Gracos historicos etiam satis veteres a marrando portentis ciuium non abhorruisse testis est Cicero de divinitat. I. 24, eius haec verba sunt: In Silea, quem Coelius sequitur, graca historia est (is autem diligentissime res Hannibalis persecutus est); Hannibalem, cum capisset Saguntum, vim esse in somnis a Iove in Deorum concilio vocari: quo cum venisset, larem impetrasset ut Italiae bellum inferret, ducunque et unum e concilio

est, statim ipsa <sup>(a)</sup> invectum ad regem detulit, Alexandroque habere mirum quod ostenderet, praeiudicavit <sup>(b)</sup>. Igitur ingressus qui regi miraculum monstraret offendit eum in cubiculo meridiano somno tunc deditum. Sed ad sepium irrumpentis cum expurgitus foret, audissetque causam, mulierem induci iubet. Ingressa igitur statim facessere universos e praesenti mulier edicit, ipsa vero revelat nudatque quod vexerat <sup>(c)</sup> profitereturque se peperisse.

**Portenti interpretatio.** LXXXVIII. Ergo ad miraculum visionis eiusmodi iubet statim Alexander prodigiorum interpres convenire ac profiteri ecquid <sup>(d)</sup> eiusmodi novitas minaretur, interminaturque quam sancte nisi ex fide dixerint. Unus igitur e praesentibus magno cum gemitu regi separato: Eheu, inquit, malorum omnium, ehen, mi rex! non enim iam bonis neque inter vivos homines ultra nominabere. Sed cur ista sentiret interpres cum

(a) Cod. his has. (b) Ita cod. (c) Cod. vicerat. (d) Cod. et quid.

datum: quo illum ateatum cum exercitu progrederi coepisse. Tum ei ducent illum praecepisse ne respiceret: illum autem id diutius foras non potuisse, plausisque cupiditate respexisse: tum visum belicosum vastum et immensum circumplacatum serpentibus quacunque incederet omnia arbusta virgulta testa pervertere: et eum admiratum quaesisse de Deo quodcum illud exist: tale monstrare: et Deum respondisse, vastitatem esse Italiam: praecepisse ut pergeret protinus: quid retro atque a tergo fieret, ne laboraret.

rex diligentius quaereret, haec addit: O quid enim, inquit, o vir summe, quicquid ex homine foetus hic habet, ad te pertinet: quod vero est subter <sup>(a)</sup> atque beluile, quicumque tibi subditi sunt et subiecti. Si igitur ea pars quae superna est viveret et moveretur, sicuti haec, quae infra sunt, faciunt, tu sane obtineres ac dominarere cunctorum. Sed quoniam secus est, in contrarium intelligendum: nisi quod ii quoque ipsi dissidebunt neque congruent. Vides enim disparates formas neque inter se amicas, ac prorsus beluile saevientes. Atque hi quidem inter se omnes te oppetente dissentient dimicabuntque. His dictis interpres ierat aversurus scilicet siqua posset et exsturus religiosius portenti illius minas <sup>(b)</sup>. Alexander vero animo consterna-

(a) Cod. super.

(b) Quod adiunxit ad hoc monstrosi foetus prodigium eiusdemque explicacionem, conferenda videtur Senecae Suasoria 14, cuius argumentum est: Deliberat Alexander M<sup>ag</sup>is au Babyloniam iacet, cum denunciatum esset illi responso auguris periculum. Porro sub fine eius Suasorice hanc leguntur: Declamatobat Fucus Accellias controversiam de illa quea pontea quan ter mortuos pepererat, somnialis se dixit ut in laco parere. Valde in vos contumeliosus fuiro, si totam controversiam quam ego intelligo me dicere, Fucus declamat, et aperte, aut non agnoscentis puerum, tractaret locum contra somnia, et Deorum providentiam, et male de magnitudinis Deorum dixisset mersri eum, qui illas circa pueras mitteret. Atque hunc quidem locum Faber et Petrus in notis ad Senecam dicunt motilum; veterum utique videtur Fucus declamavisse contra vanum puerorum ob-

tus cum gemitu sic ait: Pro bone Iuppiter, quam bona res est ignoratio metuendorum! Sed hactenus illa animi commotio fuit. Ceteroqui <sup>(a)</sup> viriliter et decore omnem expectatae mortis impetum opperiebatur. Quippe qui praeter cetera eo quoque se solaretur <sup>(b)</sup>, quod divinis honoribus hand procul foret.

**LXXXIX.** Ergo occasio moriendi talis fuit.  
Mater eius ad eum scripserat super Antipatri et  
Divinopatri<sup>(1)</sup> simultatibus, petebatque ut ob-  
id ipsum ad Epirum ire contenderet. Sed enim  
Alexander cum id virorum iurgium deduci vellet.

(a) Cod. *carthaginensis*. (b) Cod. *Tolosanus*.

servationem: quae res narratioem Historici nostri ita fortasse respicit, ut mihi hinc aliqua oritur suspicio, Aesopum ante Senecas et Fusi's etatam historiam suam ceditisse.

(t) In codice 'P. Valerii legiur divino patri', et in alio lat.  
tino *Dissipatio*. *Vincenitius Bellovacensis Specul. hist.* xv. 61.  
*libet de similitudinibus Antipatri et divortio Patri*. *Divus Antoninus* *Cron.* iii. iv. cap. II. ff. 15. *de similitudinibus Antipatri et*  
*divortio patri*. *Mili vero locus mendosus videtur* (nam et di-  
vinitus prisimus Olympiada et Philippi qui poterat com-  
memorari?) *legendumque sororibus Cleopatrae*, atque faciemandam  
eorum ex virorum quod deinceps sequitur. *Namque ut narrat*  
*Plutarchus* p. 89. *ob feluum de morte Alexandri nuncium tri-*  
*'Antipatros' 'Okyptolem' nam Klaesineia συνασπούσαν διεκρίθη τό-*  
*δέλτη, 'Okyptolem' μὲν Ἡμέρας, Klaesineia δὲ Μακεδονία τραγούδασσα: Olympias et Cleopatra (soror Alexandri) contra Antipatrum tam dulcissime provocavimus eis partitiae sunt: Olympias*  
*Epirum, Macedoniam Cleopatra sumpsit. Id facinus, quam-*  
*quam alter deformatum, mili quodammodo a 'P. Valerio' in-*  
*mut videtur. Verum ut in re mili quidem satis dubia sepien-*  
*tiorum iudicio libenter accedam.*

statuit Antipatrum ad sece venire ex Macedonia, alio in locum eius substituto. Quod ubi factum est, venenum Antipater laborat curiosum admodum efficaxque, idque per ministrum regi dari in convivio <sup>ad</sup> exegit poto <sup>ad</sup>. Igitur rex mox lectulo datur: ac diebus conplaculis cum illa pernicie conluctatus tandem causam eiusdem periculi esse ab Antipatro cognovit.

XC. Id insecura est quaedam indignationis  
caelitis ostentatio. Nebula quippe admodum <sup>giam.</sup>  
crassa foedaque interfusa omni <sup>(e)</sup> aeri suto die  
cuncta in tenebras verterat. Tum repente e mu-  
nibus draconis effigies ignitissima caelitus labi-  
tur mare usque, unaque cum illo praestantis <sup>(d)</sup>  
aquilae species volabat. Quod ubi factum est,  
Iovis quoque babylonii simulacrum nutare coe-  
pit. Et hisce factis, rursus draco una cum  
aquila sua ad caeli convexa remeavit: aquila  
sane vehens stellae cuiusdam fulgidum globum.  
Quod ubi homines visitavere, veluti praenun-  
tiante divinitate quod gerebatur, Alexander quo-  
que spiritu protinus vacuatur ac moritur. Per-  
sis autem <sup>(e)</sup> multa contentio erat cupientibus  
regem in regno persico sepelire, proque Deo  
Mithra religiobus <sup>f</sup> consecrare. <sup>Alexandri  
mors.</sup> *Enimvero Ma-*

(a) Cod. consiso. (b) Nempe regi potest. (c) Cod. omnia. (d) Cod. praestare. (e) Cod. iusuen. (f) Cod. regionibus. Sed dicendum videtur religiosius. Vide et cap. xci.

cedones ad Macédoniam corpus indidem ferri et solo patrio sepulcrisque maiorum inferendum putant. Tum Ptolomeus, quod enim sciret apud Babylona Iovis oraculum esse veridicum, eius Dei sententiam differt, perinde ut ius erat, consulturus. Deusque interrogatus sic ait:

Ante ipsa quae regis sedes cultusque dicuntur.  
Urbs colitur Nili propter umbrosa fluenta  
Aequoris in gremio cereali dives azona  
Nomine Amazonidos <sup>(1)</sup> quae dicitur insita mensis.  
Hic sibi templo dari sacrata sede receptio  
Iussit cornigeri <sup>(2)</sup> genius sub honore Lyaci.

Alexandri corpus in Aegyptum deferuntur. **XCI.** Dato igitur responso nullus omnium refragatus est, quin ita fieret, ut Deus insserat. Igitur in Aegyptum corpus Alexandri ferebatur feretro quidem regaliter exornato, tumultuario vero conditorio e plumbi materia, quodque <sup>(3)</sup> esset unguinibus atque pigmentis, quae servandis corporibus sunt, tutius <sup>(4)</sup> permanere <sup>(5)</sup>. Ut <sup>(6)</sup> igitur pompa vehiculoque regali ad Pelusium <sup>(7)</sup> advehi nuntiatus est; omnes eius re-

(a) Cod. corniger. (b) Cod. quoque. (c) Cod. tecum. (d) Ita cod. (e) Cod. pro ut habet recurr. (f) Cod. Palestina.

(1) Cod. Amazoninos. Iam de libyeis Amazonibus (si forte de his hoc loco cogitandum est) quae et in Aegyptum aliasque terras venerunt, susque nomina conditi uribus decenter lego. Diiodorum III. 55—55. Trii igitur Amazonum genera apud Paterium hoc libro memorantur, indicare esp. LXIX, et seqq. ponticis ad Thermodosantes esp. LXXXII. nunc denique, ut videtur, libyene.

gionis proceres ac sacerdotes una cum Diis ac religionibus <sup>(8)</sup> suis obviā processere, iuniorem Sesonchosim venerati <sup>(9)</sup>, Vulcani quoque appellatione salutabant, quod hunc p̄ae ceteris Deum illa pars arbitraretur orientis <sup>(10)</sup>.

**XCL.** Enimvero exim ex sententia Numi-  
num prophetae <sup>(11)</sup> docet, non apud Menphim  
sacrum corpus, verum Alexandriam pervehi  
oportere, quod illi loco et auctor conditus fue-  
rit, et tutela vel maxima perpetuo futura nos-  
ceretur. Perinde enim inexpugnabilem locum  
illum praesagiis nosci, ut ipse quoque indefes-  
sae virtutis est habitus. Erigitur ergo aedes quam  
maximo opere ad instar templi, quod etiam  
nunc Alexandri nominatur <sup>(12)</sup>. Quō ubi conse-  
cratas reliquias intulere, visum Ptolomeo est

Tumulus  
Alexandri

(a) Cod. regionalis. (b) Cod. generalis.

(1) Lege Iahlenkiām Pantheon argypt. part. 2. cap. 2.

(2) Sacerdotes suos vocabant prophetas Aegypti teste Ma-  
crobi Saturn. VII. 13. Et apimisaverte deus scriptorum aegyptium.  
Denique quis dubitet hunc historicum esse aegyptium,  
quoniam tam prolixa mentio apud eum sit Serapidis et Sesonchosis  
sue Seonstridias?

(3) Lege Diiodorum XVIII. 20. Etsi autem ad lib. I. cap.  
XXXI. p. 141. n. 2. iam docui hanc historiam Alexandri saltē  
ante annum Christi CCCLXXXIX. scriptam appetere, nihilominus  
et hec mox rursus, constare eiadē post quartum Christi  
saculum protrsus non esse reliquendam, quandoquidem loquitur  
Auctor de monumento Alexandri allus superstite, quod quidem  
dixit Chrysostomus (homil. XXVI. in epist. II. ad Corinth. T.

testamentum quoque quod scripserat moriens<sup>(1)</sup>  
publice recitari: idque lectum est ferme ad hanc  
sententiam scriptum.

Testamen-  
tum Ale-  
xandri.  
XCIII. „Alexander rex Macedonum dicit.  
„Primum mando iubeoque, Arrhidaeum<sup>(2)</sup> Phi-  
lippi interim regni mei fieri successorem.<sup>(3)</sup>  
„Sed enim si fuerit mihi filius e Roxane, huic  
„nomen et regnum nostrum pariter conceden-  
„dum. Quod si e Roxane puella detur, sit Ma-  
„cedonum optio quemnam sibi regem ipsi sub-  
„stituant. Optatus porro constitutusque rex Ar-  
„giadum<sup>(4)</sup> veterem principatum servare debe-

(a) Cod. Antiochen. (b) Its cod.

x. p. 625.) uti recte animadventur Sanctiercius, sua natae iam  
deletus confirmat: Παῦρος αὐτὸν τὸ σῆμα Ἀλεξάνδρου  
ἀπέστη μετὰ τὴν ἡμέραν κατ' οὓς ἀπεκτυχεῖτο: Οὐδὲν, καθεστῶ,  
Alexandri tumulus εἴη? οὐδὲν μήτι, et die quo die mortuus  
sit. Vide et inferius ad esp. XCVIII. notam ultimam.

(1) Ab Alexandro dum adhuc riceret, testamento fuisse di-  
visum inter eos imperium satis doget divinum testimoniam libri  
primi Machabaeorum cap. L. 7. Sed enim ali quoque scriptores  
permuli vel id aperte testantur, vel certe tradidisse narrant, at-  
que horum plerique testimonia colligit Sanctiercius p. 573 —  
574. Sunt autem hi scriptores Diadorus xx. 81. Curtius x. 10.  
Ammianus xxxiii. 6. Moses Chorenensis Hist. Armen. II. 4. Ior-  
mandes de rebus geticis cap. x. Malala p. 249. Chronica excerpta  
a Scaligero ed. lugd. batav. p. 58. arabes et persae historie apud  
Herbelotus bibl. orient. p. 354. nominatimque Elmessius et Mirk-  
hondus apud Sanctiercius p. 574. Nunc his addatur T. Valerius.

(2) Operae pretium erit conferre divisionem multiplicem et  
variam imperii post Alexandri fatu e Dexippo, Arriano aliquae  
auctoribus in Photi bibliotheca eodd. LXXXII. et XCII. Videndas  
etiam Diidorus XVIII. 5.

,bit. Hisce Macedones consueta dependent.  
, Olympiadi autem matri meae, si ita volet, li-  
, cebit Rhodi degere, vel in eo quem malebit<sup>(5)</sup>  
, loco, accipienti cuncta haec quae me super-  
, stite consequebatur.

XCIV. „Praefectum autem Macedoniae Cra-  
sterum fieri mando eique Philippi filiam<sup>(1)</sup> con-  
tingari. Philotam<sup>(2)</sup> etiam iubeo satrapiae praef-  
esse hellesponticae universae, uxoremque ei-  
fieri Olci sororem. Cappadociam quoque et Pa-  
phagionam Eumeni gerendam permitti placet.  
Eos vero qui in insulis sunt liberos suique  
iuris esse praeципio. Antigonus Cariae praeſit,  
Cassanderque Boeotiae, eisque omnibus prae-  
esse Antipatrum oportebit. Uton<sup>(3)</sup> Syriae re-  
ctor esto, Babyloniae vero et adiacentium re-  
gionum praeſicio Seleucum. Phoenicem ac Sy-  
riam Coele Meleagro regendam permitti de-  
crevi, Aegyptum Perdiccae, Libyam Ptolomaeo,  
cui etiam Cleopatram coniugari oportebit so-  
rorem meam<sup>(5)</sup>. Regionum porro quae supra

(a) Its cod. (b) Cod. Philenam.

(1) Videatur intelligenda Thessalonice, quam decinde per vim  
sibi copiavit Cassander. Vide Diidorum XIX. 61. Ceterum, ut  
doct. Iustini ix. 8. habuit Philippus multos liberos ex variis  
matrimoniorum regia more susceptos.

(2) Non Uton sed Laomedon praeſicitur Syriæ ab illis qui ze-  
gestas post Alexandrum scripsero.

(3) Naturam scilicet ex Olympiade et Philippo.

Babyloniam sunt curam Phanocrati permitti  
praecipi, eique uxorem Roxanem bactrianam  
dari<sup>(1)</sup>.

XCV. „His igitur omnibus mando repositorium corpori meo fieri auri magnorum<sup>(2)</sup> talentorum sex<sup>(3)</sup>. Quisque autem Macedonum Thes-salorumque proiectior sit aetate atque ad solum genitale volet<sup>(4)</sup> ire, his fieri facultatem, quibus singulis tria milia drachmarum adnumerari conveniet. Argos autem mitti arma quibus ipse usus sim<sup>(5)</sup>, et auri signati drachmas 'L' eaque Herculi consecrari volo. Delphos quoque mitti praecipi eboris quod in aula mea fuit, draconumque terga et pateras aureas 'xiii' primicias scilicet operum nostrorum. Milesiis etiam ad reformationem oppidi sui dari praecipio auri signati drachmas 'c' et 'L' tantumdemque auri materiae.

XCVI. „Volo autem, Perdiccam, quem Aegypto imperatorem atque Alexandriae esse iussi, sic uti imperio mandato, ne nomen meum ex oppido transferatur: quae quidem etiam maximi

(a) Cod. magno. (b) Cod. sedunt.

(1) Quippe apud Iulium Valerium lib. II. cap. XLII. Roxane quae nupsit Alexandro filia fuit Darii.

(2) Confer Strabonem XVIII. p. 794.

(3) Thoracem Alexandri induit sibi Caius imperator quum pontem putoelatum dedicasceret. Vide Dionem Cassium LX. 47.

Deorum Serapis est sententia<sup>(6)</sup>. Fieri porro unum oppidi sacerdotem, qui sacerdos Alexandri nominetur, eique insignia dari placet coronam auream et purpureum amictum. Is ubi functus fuerit sacerdotio, omni reliquo munere vel inquietudine sit solutus. Sed quisque ita sacerdotium nanciscitur sit et genere nobilis et existimatione, uti sibi dignitas una cum posteris et ista proficiat.

XCVII. „Indiae regionis eiusque tractus qui ad Hydaspidem<sup>(7)</sup> fluvium pergit Traxiaden<sup>(8)</sup> mando esse praefectum. Adiacentium vero regionum Apocoronum<sup>(9)</sup> Roxanes patrum uxoris meae rectorem constitui placet. Racusiam<sup>(10)</sup> vero regionem et Bactrianam et Suisiam<sup>(11)</sup> Philippo remitto. Hyrcaniam<sup>(12)</sup> Mariaphernae, Persida Peucstae<sup>(13)</sup>. Illyriae vero praeficio Orcion, cui quidem ex Asia dari oportebit quingentos equos et auri drachmarum tria milia e quibus templum constituat, eique templo simulacrum Herculis et Hammonis consecretur, Minervae etiam et Olympiadis matris meae, nec non

(a) Cod. quis Alydapim. (b) Dic Taxilen, et recole Itinerar. esp. cix. (c) Ita cod. (d) Ita cod. pro Arachosiam. (e) Ita cod. pro Segidiam. (f) Cod. Cyrenianus, quare licet etiam dicere Carmoniam. Sed illud mavisi Diximus agend Flotinus cod. LXXXII. (g) Cod. Pascestae.

(i) Recole lib. I. esp. XXXIV.

etiam Philippi. Omnes etiam curatores imperii  
imagines consecrarent et signa constituant, aurea  
quidem apud Delphos, ceteris vero in locis  
materiae diversae. Constitui autem effigies oportebat  
Perdiccae Alexandri, Hammonis, Miner-  
vae, Olympiadis, Herculis, Philippi: quae omnes  
divinis honoribus consecrabuntur<sup>(1)</sup>. Haec  
quidem summa<sup>(2)</sup> voluntatis Alexandri est accepta.

**XCVIII.** Vixit autem annos triginta et tres.  
**Aetas A.** Sed imperium initum annum agens octavum decimum<sup>(3)</sup>. Omnes autem difficultates eius usque ad annos viginti et quinque fuere: reliqua in pace transegit. Gentes barbaras ditioni suae subiecit numero 'xx' et 'ii', graecas vero sedecim. Sed civitates condidit 'xii' omnes nomine suo scilicet nuncupatas, quae sunt hae: Alexandria quae condita est nomine Bucephali equi, Alexandria montuosa<sup>(4)</sup>, Alexandria apud Porum, Alexandria in Scythia<sup>(5)</sup>, Alexandria Babylonis,

(a) Cod. summar.

(1) Ille et alia multa in mandatis regis reperta successores Alexandri propter impensae magnitudinem irita fecerunt. Consule Diocletianus XVIII. 4.

(2) Alexandrum annos natum XX. vel. XXXI. regnare coepisse communis historicorum sententia est, quibus additum Autorem Itinerarium cap. XIII. Attamen Suidas anno aetatis XVIII. potius regno scribit, cui sententiae calculus adiecit nomen 'I. Valerius.'

(3) Nempe ad Caucasum.

(4) Seilicet ad Iaxartem seu falso nomine Tanais.

Alexandria apud Massagetas, Alexandria apud Aegyptum, Alexandria apud Origala<sup>(6)</sup>, Alexandria apud Granicum, Alexandria apud Tigridem fluvium, Alexandria apud Troadam, Alexandria apud Sanctum<sup>(7)</sup>, quibus<sup>(8)</sup> quinque primorum, ut dictum est<sup>(9)</sup> elementorum idcirco sunt data nomina, ut in hisce elementorum nominibus legeretur **ALEXANDER IMPERATOR GENVS IOVIS CONDIDIT**. Obitus autem<sup>(10)</sup> eius diem etiam nunc Alexandriae sacratissimum habent<sup>(11)</sup>.

F I N I S.

(a) Cod. cui. (b) Cod. nomen.

(1) Ita etiam Belluvenensis Spec. hist. IV. 44.

(2) Ita eod. Sed videtur dicendum apud Irenum vel apud Irenum. Nam ne dicatur apud Xanthum vetat superior Alexandria apud Troadam. Belluvenensis loco nuper citato habet Scantum.

(3) Lib. I. cap. XXXVII.

(4) Ea tamen memoria sive dicti celebritas iam exoleverat vivente divo Chrysostomo, cuius verba recole ad cap. XCII. p. 223. in nota.

IVLII VALERII  
VOCABULA ALIQUOT  
QUAE VIDENTVR ADDENDA  
LEXICO FORCELLINIANO.

*Prior numerus libros, alter capita indicat.*

*Abrelego*, *as II. 23.*

*Adiacoiro*, *is I. 49.*

*Adicula*, *as III. 70.*

*Aerbarior*, *oris III. 68.*

*Afflum*, *a, um III. 29.*

*Amplexabundus*, *a, um II. 35.*

*Anguen*, *is I. 29. genero new-  
tro ut sanguine.*

*Antopodes*, *um III. 34. Con-  
sale ibi notam g. *Nisi est*  
*mendum pro antopode.**

*Architector*, *oris I. 23. voca-  
bulum confirmatur.*

*Artipulo*, *as I. 18. nisi est  
mendata.*

*Attilo*, *as III. 41.*

*Belluiss*, *le III. 85 (2).*

*Brutissimus*, *a, um III. 67. (2)*

*Burius*, *ii III. 34.*

*Certim*, *I. 31.*

*Compes*, *ii II. 36. nisi est  
mendum pro compes.*

*Congregatus*, *as II. 37.*

*Coniectator*, *oris I. 57. Occur-  
rit etiam in *Forcellinio* 49.  
Confundacione adv. III. 48.  
et 58.*

*Complendere*, *is III. 66.*

*Consefio*, *is III. 18. (3)*

*Convireco*, *is III. 58.*

*Copulatir*, *oris I. 7. (4)*

*Cynopenitens*, *um III. 34.*

*Dinedale* *adv. II. 56.*

*Defensatio*, *oris III. 64.*

*Descessus vel desessile*, *is I. 20.  
nisi est mendum legendum  
que secessit.*

*Desitus*, *as III. 67.*

*Dinoescentia*, *as I. 21. In ap-  
pendice ad *Forcellinum* oc-  
curvit dinoescentia, a.*

*Diveribilis*, *le III. 42.*

*Discreolo*, *is III. 58. (5)*

*Discriminatio* *adv. II. 34. a  
discriminose.*

(1) *Gloss*. apud *Forcellin*, in expulsis.

(2) *Brutus* compar. est apud *Saxaber*. *Polyer*, I. 1. *Gesmeus*.

(3) *Gesmeus* adferit conuenientem ex *Columella* VIII, 10. 1. *Verm*  
*ago* legit ibi conuenientem.

(4) *Laudit* ex *Firmino Gesmeus*. *Habet* et *Forcellinus* in expulsis.

(5) *Gesmeus* ex *Commodiano Iunius*. *praeferat*. *Habet* et *Forcel-*  
*linus* in expulsis.

VOCABVL A ALIQVOT etc.

*Discursim* I. 65. *confirmatur  
vocabulatum.*

*Efferacissimum*, *a, um III. 47.*

*Erectissimum*, *a, um I. 21.*

*Evacatio*, *oris II. 30.*

*Exeandens*, *is III. 59.*

*Exigibus*, *a, um II. 42.*

*Exuberans*, *is I. 29.*

*Falsidientia*, *a, II. 2.*

*Fortunarius*, *a, um I. 54.*

*Hebdomadarius* (*vel hebdomo-*  
*darius*) III. 27. (1)

*Hellenponicus*, *a, um III. 94.*

*Hippophama* III. 74.

*Iguicans*, *is III. 54.*

*Ignotissimum*, *a, um III. 90.*

*Incommunicatus*, *a, um I. 5.*

*Induluesco*, *is III. 42.*

*Inactus*, *as I. 60. nisi est men-  
dandum. Confer ibi notam a.*

*Ipseventio*, *oris II. 34.*

*Ishomoris*, *a, I. 35. (2)*

*Inobsequientia*, *a II. 21.*

*Insulatio*, *oris I. 20.*

*Insupero*, *as III. 3.*

*Interamus*, *a, um III. 70.*

*confirmatur vocabulatum.*

*Interminis*, *ne I. 30.*

*Intersealpum*, *a, um III. 58.*

*Intervetus*, *a, um III. 38.*

*Intremescens*, *is III. 26.*

*Inundo*, *as III. 55.*

*Inviabilis*, *le I. 38. et 61.*

*Invisito*, *as I. 50.*

*Inusito*, *oris III. 59.*

*Lanta*, *ocum III. 20.*

*Lignitic*, *is III. 59.*

*Linalis*, *le I. 34.*

*Insitatio*, *oris I. 42.*

*Malebit* III. 93. *pro malo.*

*Meditullus*, *a, um I. 54.*

*Myrobalaenus*, *i III. 28. genera-  
mentina. (3)*

*Natabundus*, *a, um II. 34.*

*Nexabundus* *adv. I. 2. a neza-  
bunde.*

*Numerius*, *a, um III. 58.*

*Odontotyrannus*, *i III. 34.*

*Peruis* I. 65. *terminatio sexti  
casus plurativi.*

*Pellinus*, *a, um III. 23.*

*Perhorre*, *es II. 9. (4)*

*Permiraundus*, *a, um III. 27. (5)*

*Pernicio*, *oris III. 6.*

*Perpelor*; *oris dep. III. 71. nisi  
est mendum,*

*Personavis*, *is III. 30.*

*Plebicula*, *a II. 36.*

*Potentuous*, *a, um III. 31.  
et 77.*

*Præclino*, *is I. 38.*

*Præcius*, *as I. 49.*

*Præstigio*, *as I. 63.*

*Præsupponent*, *antis I. 66.*

*Præsuspectans*, *antis I. 43.*

*Prolixianus*, *a, um I. 57.*

*Promistio*, *oris III. 29.*

*Quinqueunguis*, *a, um I. 18.*

*Quisquaverterex*, *oris I. 29.*

*Recollus*, *a, um I. 55. pro  
reculatu.*

*Regalissimus*, *a, um II. 33.*

(1) *Forcellinus* in expulsis sed allo sensu.

(2) *Confer Forcellinum in expulsis.*

(3) *Confer Io. Rhodii lexicon Scribonianum.*

(4) *Gesmeus*, nec non *Forcellinus* in expulsis.

(5) *Gum inessi quidem est apud Gellium III. 6.*

Breveto, sc III. 42.  
Rhinoecorax, eis III. 34.  
Salsitas, tis III. 29.  
Sessilis, is I. 36.  
Stantarius, a, um III. 36.  
Subsicus, a, um II. 21.  
Substersterno, is II. 17.  
Summerso, sc III. 26.  
Sustentatrix, eis II. 19.  
Traditus, us I. 31.  
Transcursorius, a, um III. 36 (1).  
Transmuto, is I. 10.

Transverto, sc II. 37.  
Tumultario ade, 65 (2).  
Tyreolephus, tis III. 31. nisi est mundum.  
Veridiceatus, ac I. 14. et II. 2.  
Vibundus, a, um III. 54. si tamen ibi placet nostramentatio.  
Unimamma, ne III. 82. non nou in Itinerario 96.  
Yntalopica, ac, vel yntalopex, eis III. 34.

## VOCABULUM ALIQUOT

## NOTE SIGNIFICATIVS

## APVD IVLIVM VALERIVM.

Amigo, sc III. 58. pro auro colluceo.  
Celiatus, sc III. 67. nova significacione, et sine diphthongo.  
Exanimis, sc III. 33. sensu neutrno.  
Infectio, omis III. 51. id est contaminatio (3).

Inopinatus, a, um I. 52. id est opimus.  
Opificina, se III. 83. id est opificium.  
Purgo, sc III. 36. sensu neutrno.  
Vertigo, init III. 86. id est pila versatilia.

(1) Confer Scriban, de Med. Christi. Gesners. Habet et Forcellini in expulsis.

(2) Forcellini in expulsis.

(3) Confer Octavium Horatianum I. 1. Gesners.

## Extremum monitum.

*Itinerarium et Itala Valerium nunc primum me edere dixi in fronte utriusque Operis. Et si enim non incuriosus quiescio utrum habe Scripta ante edita fuerint; nondum quicquam eiusmodi mihi in impressis libris occurrit. Amicos etiam perdoctos aliquot quam haec super re sententiam rogaverim, il pariter nihil se habere explorarum responderunt. Sed eam quia non ignoro multas esse veteres editiones rerum Alexandri, quas mihi omnes oculis usurpare non licet; idcirco lectorem candidum rogo, ne mihi fraudi vortat, siquid forte ante editam doctis viris aliquando videbitur. Illud atque certum est, me ex ambrosiano antiquissimo, quem nemo lacetem tractaverat, codice utramque Opus diligenter curvis emultere.*

## BERVM ALIQUOT NOTABILIORVM

## APVD IVLIVM VALERIVM

## INDEX.

Prior numerus libros, alter capita indicat.

*Abderiticorum legatio ad Alexandrum I. 60.  
Acernanum rex oppressus a Philippo I. 5.  
Achilli parentes Alexander I. 53.  
Achillis clypeus I. 59.  
Aeoles magnificissima III. 85 — 86.  
Aemilius consul Romanorum it legatus ad Alexandrum I. 16.  
Agathodaeon locus Alexandriae I. 23.  
Alcibiades curias atheniensium concordio abrelegamus II. 23.  
Alexander matrem reconciliat Philippo I. 6 — 7. Maximi esse Theristes apud Homerum quam apud scriptores vulgarer Achilles I. 52. Hostibus fame laborantibus frumentum mitit II. 56. Civitate atque domine 25. Argentea 31.  
Legatus it ad Darios III. 5. Dicitus iugis Sesouchios I. 56. III. 91. Dicitus Vulcanus ibidem. Dicitis horribus cultus II. 44 — 46. III. 88 — 90 — 92. Genes barbaras viginti duas, graecas sedecim subiect 98.*

*Alexandri iugum cum Nicolo acernant I. 2. cum Lytia et  
Philippo pater 5. Exercitus, naves et pecunia 15. Mili-  
ter fons laborat 61. Alii inquinodis III. 4. Astutia 65.  
Congressus cum Dili 66. 84. Corpus vehitur in Aegyptum 91.  
Sepulcherum 92.*  
*Alexandro quo occasio mariendi III. 89.*  
*Alexandriae condur I. 20 — 55. Eadem quinquever-  
tex 29.*  
*Alexandri architecti I. 21. 23.*  
*Alexandriae regiones appellationes primarum quinque graecarum  
litterarum distinctas I. 28. III. 98.*  
*Alexandriae urbes duodecim conditas ab Alexandro III. 93.*  
*Amazones indicae III. 69 — 76. ponticas 82.*  
*Anymtas Antiochii filius transfuga ad Persas I. 55.*  
*Amphyctyonis II. 17. 29.*  
*Anguis cultus Alexandriae I. 29.*  
*Antigonus satelles Alexandri III. 50.*  
*Antipater vassalus Alexandro propinquum curat III. 89.*  
*Aquiloni proligum I. 30. III. 90.*  
*Arbores solitae locas loquaces III. 58 — 62.*  
*Argyritus fluvius III. 58.*  
*Astrato vel Astras, tunc elear Aegypti I. 19.*  
*Babryctorum tyrannus III. 49. 51.*  
*Brachmannus colloquens cum Alexandro III. 18 — 26.*  
*Candale promptus Samiramis III. 44. Alexandrum pingue-  
dum curat 48. eundem capit 61.*  
*Candaci parem octoginta populi III. 46.*  
*Candacis manuera Alexandra oblatu III. 47. 66. Candaci re-  
gnum et opes 54. et seqq.*  
*Candaces filius Candacus III. 49.*  
*Cantilena antiodi thebanu I. 68.*  
*Carthaginenses ab Alexandro irrepli I. 47.*  
*Carthaginæ, invenio orientis I. 39.*  
*Charaxus Candacus filius minor III. 63.*  
*Cleopatra nubis Philippo I. 4.*  
*Cloaca alexandrinu I. 23.*  
*Clytonachas thabanci tritici certamine vincit I. 63.*  
*Concubines Alexandri octoginta supra centum II. 55.*  
*Coronae oblates Alexandra a Romanis I. 16. ab Atheniensi-  
bus II. 20. a Candace III. 47. 66. ab Amazonibus 73. 76.*  
*Daemon melior I. 27.*

## INDEX

*Darii munera Alexandro oblatu I. 47. Darii lactaria 47. 45.  
48. 50. 51. Familia caput 54. Deliberationes II. 28. obitus  
et funus 54 — 57. interfactores in cruce acci 42.*  
*Dario parcerunt gentes centum et viginti I. 50. centum et octo-  
ginta II. 30.*  
*Dii laevi humeris gestari soliti III. 20.*  
*Draco locus Alexandrinus I. 22.*  
*Dragonis prodigium III. 90.*  
*Editicam Alexandri ad periculum imperium constitutendum II.  
83 — 89. ad detegendos Darii interfactores 44.*  
*Epirotorum regem successio I. 53.*  
*Epistola Aristocles ad Alexandrum III. 79.*  
*Atheniensium ad eundem II. 6.*  
*Brachmannus ad eundem III. 17.*  
*Candaci ad eundem III. 46 — 47.*  
*Fors ad eundem III. 4 — 5.*  
*Satraporum ad Darium I. 49.*  
*Epistolas Alexandri ad Tyrios I. 40. ad Darium 46 — 47.  
ad Atheniensis II. 5. 7. 21 — 24.  
ad Lacedaemonios 26. ad Rogudanem 45.  
ad Forum III. 7 — 8. ad Aristotelem 23 — 43.  
ad Candacem 45. ad Amazonas 69. 74 — 75.  
ad Olympiadem 29 — 36.*  
*Amazonum ad Alexandrum III. 70 — 73. 76.*  
*Darii ad eundem I. 42. 51. ad satrapos 48. 50.*  
*Rogudanum ad Alexandrum II. 44. ad satrapos et  
optimates 45.*  
*Euclides mentis in carcere ab Atheniensibus II. 25.*  
*Eurylochi locus Alexandrinus I. 22.*  
*Fasim descriptum spatiu Alexandriae I. 26.*  
*Festis vii II. 53. 45. III. 21.*  
*Forus portentosus III. 87 — 88.*  
*Holochia regio (nisi est mendax) I. 57.*  
*Hammon militaris III. 45. Eiusdem templum argenti fabri-  
carum ab Alexandro I. 18.*  
*Hasta in Tauru monte defixa I. 56.*  
*Hebdomadarion, vel hebdomadarius, fera III. 27.*  
*Herculis colunam III. 51.*  
*Hermopolis locus Alexandrinus I. 20.*  
*Hippopotamus sacrum annuit Amazonum indicarum III. 74.*  
*Imber fugam Persis mouet. I. 65.*



*Indi bestiis commilitant.* III. 9.  
*Indo magica* III. 24 — 26.  
*Intercidum locus Alexandriæ* I. 20.  
*Iovi* ad *Innovo templum in Aegypto* I. 51.  
*Iovis babylonii simulacrum natus moriente* Alexandro III. 92.  
*Iovis effigies* I. 30.  
*Lacedaemoniorum cum Alexandro bellum* II. 25 — 27.  
*Lacea pars honoratior in homina* III. 20.  
*Legati* *Alexandri* a *Tyriss* necati I. 41.  
*Leontias missus ab* *Alexandro* *adversus Athenas* II. 7.  
*Lucanorum foedus* *cum Alexandro* I. 46.  
*Lycaoniam dicta recentius* *Lucania* ibidem.  
*Machonius fluvius* III. 70.  
*Margie* *Pori* *filiis* *natus* *Candacus* III. 62 — 63.  
*Mare Amazonum* *parentis* III. 73.  
*Melampus vates* I. 57 — 58.  
*Melanchion locus* *Alexandriæ* I. 22.  
*Mesompendio* *locus* *Alexandriæ* I. 27.  
*Minervae* *simulacrum* *erectum in Macedonia* II. 22.  
*Monstra curia* III. 51 — 54. 85.  
*Mithridata urbi* *rebellans* *migitar* *ab Alexandro* I. 8.  
*Necetani* *statua et inscrip̄io* I. 57.  
*Nicolaus* *seruans* *victus ab Alexandro* *in olympico agore* I. 5.  
*Nix maxima* III. 58.  
*Nunius* *occurrit Alexandro* III. 66. 84.  
*Numimini sedet* *terrestris* III. 55. 68.  
*Obeliskus* *dæo Sezonchosis regis* I. 31.  
*Odontotyrannus* *fera* III. 53.  
*Olympias* *comes* *Alexandri* *Hiamus usque* I. 59.  
*Oracularum* *sacerdotis* *olympici* I. 5. *Hammonis* 45. *Serapidis* 52 — 54. *Apollinis* 63. 67. *sacerdotis* *plateaceus* II. 42. *arborum* *solis et lunæ* III. 41 — 42. *Sezonchosis* *regis* 67 — 68. *Persiarum* *regis* 85 — 86. *Iovis* *babylonii* 90.  
*Oratio* *Alexandri ad parentes* I. 6 — 7. *ad Graecos* 15. *ad veteranos* 14. *ad Memphis* 38. *ad milites* 45. 62. III. 2 — 5. 6. *ad Indos* 14 — 15. *ad Brachmanas* 21 — 22.  
*Aeschilis* II. 8.  
*Darli* II. 56.  
*Bemadis* II. 9 — 12.  
*Demosthenis* II. 15 — 19.  
*Oxyatiri fratri* *Darū* II. 29 — 30.



*Orphæ* *status* *sudet* I. 57.  
*Pactolus* *indicus* III. 58.  
*Paradise* *soli et lunæ* *sacer* III. 58.  
*Paratonii* *urbis* *etymologia* I. 19.  
*Parmenion* *architectus* I. 55.  
*Pausanias Olympiadis processus* I. 10. *Philippum* *interimis* *ibidem*. *rap-  
tum Olympiadis* *mobilis* 11. *maru* *Philippi* *marientis* *occidit* 12.  
*Pestor* *tributus* *excores* *apud Philippum* I. 9. II. 50.  
*Phœsi* *urbis* *origo* I. 25.  
*Philippi* *imagines* *depositæ* *ab Atheniensibus* II. 22.  
*Philonius* *interitus* III. 26.  
*Pori* *iacantia* III. 4 — 5. *Idem singulari certamine* *ab Alex-  
andro* *interimis* 15.  
*Praesiaca* *civitas* *Indiae* *regis* III. 25. *Eiudem magnitudo et  
potentia* 76.  
*Procelle* III. 55.  
*Proserpinæ* *templum et tegmen* *Plataeis* II. 1.  
*Protei* *sepulchrum et sacrum* I. 25.  
*Proteia* *insula* I. 45.  
*Pugna* *Persiarum* *atque Macedonum* I. 52 — 55.  
*Reges* *indicia* *dignitatis* *laetus praeferaunt* III. 20.  
*Rogodana* *Darli* *mater* II. 56. 45 — 44. 46.  
*Romanorum* *legatio* *ad Alexandrum* I. 16.  
*Roxane* *Darli* *filia* *Alexandro* *a patre* *desponsa* II. 58.  
*Sabaei* *in India* III. 23.  
*Sacerdos* *Alexandri* III. 96.  
*Samiramida* *urbi* *regia* III. 44.  
*Satyrus* *nissum* *oblatum* *Alexandro* I. 61.  
*Scamander*, *reu* *potius Cassander*, *Macedonias curator* I. 46.  
*Scæa* *locus* *Alexandriæ* I. 27.  
*Serapidis* *statua* I. 30. 35. *nomen* 34.  
*Serapion* *Parmenonis* I. 34.  
*Sezonchosis* *regis* *inscriptio* I. 34. III. 30. *Congressus* *cum*  
*Alexandro* 67 — 68.  
*Sicula* *oppida* *domita* *ab Alexandro* I. 16.  
*Solis* *civitas* III. 83.  
*Staunagoras* *magistratus* *plateaceus* II. 2 — 4. 10. 16. 23.  
*Statuarum* *ignitorum* *strategema* III. 10.  
*Tapoziros* *sem* *Tapoziros* *locus* I. 29.  
*Testamento* *Alexandri* 92 — 97.  
*Thebarum* *excidiuum* I. 64 — 67.

- Thebas restitui permisit Alexander I. 69.  
 Tripus Orosii ab Alexandro sublatuſ I. 63.  
 Tympanis flumen Indiu III. 78.  
 Varicandi argumenta II. 3.  
 Urbium orbis terrae maximarum dimensiones I. 24.  
 Vulcani templum memphiticum I. 26.  
 Vulcanus Deus praeceps Aegypti orientalis III. 91.

VALERIUS PRESOESTE ALEXANDRI VALERIVS  
 TRANSLATI ENNEASOPO GRECO LIBER PRIMVS QUEST  
 OR TUS EUS DEMI ESPLIENS CAPIT LIBER SECUNDVS  
 FELICITER QUEST ACERUS  
 Sicut ALEXANDRO TERRA Eborinthe plareserat Urben quidē  
 illā operis magis populuq; enī uoreligioni intentā profer  
 pīna deae cui usq; templū ericeretū admagu fūcentam uisit<sup>ur</sup>

Obtrusū amē euſdem

I. Riaminunc alexandrii sacraſſimum habent  
 II. Ex pliſto obit ALEXANDRI IHCIP ITINERARIUſ EYDE  
 Extremū admodum ſcienſ & omē tibi ſemagifero  
 D futurorum domine conſtantibonis melior

() *Επανομή στοιχείων αυτού που θέλει την πρώτη περιόδο*  
Απειλούστε *ΒΙΒΛΙΟΥ ΗΔΗΣ ΗΧΩΝ ΛΙΓΑΡΙΚΗΣ ΚΑΙ ΕΠΙΦΑΝΙΑΣ*  
Επανομή στοιχείων αυτού που θέλει την πρώτη περιόδο

Opportunities

The first of these two critical years has now begun, and we must therefore, on the basis of the present position, take up the following